

Deuxième édition de Ptolémée donnée par Michel Servet
Seul livre imprimé à Vienne en Dauphiné
par Gaspard Trechsel.

149 pp., 1 p. n. ch. 1 f. d'explicit
49 FF doubles num. 1-50 de cartes et
de texte, les cartes 46.47 occupant 3
pp. de ce f. double ; 48 FF n. ch.
d'index à 2 col et d'explicit

Baudrier VII, 310 et XII, 256.
Harrisse : 233
Leclerc : 476
Nordenskiöld . 29
(Petite brûlure ds la marge de la carte 44.)

Coll. complet. FRD

Les cartes 28, 34, 49 et 50 concernent l'Amérique
La carte 28 représente le continent Américain avec la
mention de la découverte par Christophe Colomb
Au verso Michel Servet indique que c'est à
tort qu'on donne le nom d'Amérique au nouveau
continent alors que les voyages d'Americ Vespuce
sont bien postérieurs à ceux de Colomb.

La carte 50 signée de Laurentius Frisius est
un retirage du bois de 1522 où apparaît pour
la 1re fois dans une édition de Ptolémée le
nom d'"America"

CLAVDII

PTOLEMAEI ALEXAN-DRINI

Geographicæ Enarrationis, Libri Octo.

EX BILIBALDI PIRCKE-ymheri tralatione, ſed ad Græca & priſca exemplaria à Michaële Villanouano ſecundò recogniti, & locis innumeris denuò caſtigati. Adiecta inſuper ab eodem Scholia, quibus & difficilis ille Primus Liber nunc primum explicatur, & exoleta Vrbium nomina ad noſtri ſeculi morem exponuntur. Quinquaginta illæ quoque cum ueterum tum recentium Tabulæ adnectuntur, uariiſq; incolentium ritus & mores explicantur.

*

Accedit Index locupletiſſimus hactenus non uiſus.



Proſtant Lugduni apud Hugonem à Porta.

M. D. XLI.

MICHAEL VILLANOVANUS

LECTORI S.

NON ABRE fuerit, Lector amice, de Claudio noſtro paucula hic præſcribere, ac demum quid nos in hac editione præſtiterimus comminiſci. Fuit Ptolemæus Alexandria Aegypti urbe regia oriundus, Græcas literas, quibus tunc Aegyptus imbuebatur, abundè doctus: tametſi & Rhodi egerit aliquando: Philoſophus, Aſtrologus, iuxtà ac Mathematicus ſtrenuus, quod & alia eius monumenta teſtantur. Floruit ſub Traiano, Adriano, & Antonio Pio Cæſaribus. Tanta in orbe perluſtrando eius fuit ſolertiæ plus quàm Herculea gloria, ut terrarum orbem ſine bello inuadens, ſub regulam quandam cenſeri coëgerit, & nobis fruẽdum deſcriptum tradiderit. Nec id ſolũ præſtitit, ſed cœleſtia terreſtribus cõiunxit, eorũ menſuras in unũ colligẽs. Fuit Strabone, Plinio & Põponio Mela poſterior, ſed qui illos & priores omnes in Geographico artificio facilè ſuperarit. Interpretes eius fuerunt Nicolaus Angelus Florẽtinus, Ioannes Berẽherus et Bilibaldus Pircheymherus. In priorẽ etiã librũ annotatiões ſcripſit Berenherus, ſed ita, ut tã in eo quã in alijs multa deſyderẽtur. Nos uerò meliora quæq; ſequuti uires omnes ac neruos intendimus, in corruptis emendandis, & recluſis explicãdis. Periculoſus utraq; parte labor, nec alicui hactenus attentatus: ſed pius, & que niã nobis impetret, ſicubi locorũ lectori nõ fecerimus ſatis. Illud ne tacuerim, ex alijs codicibus cũ græcis tũ latinis, aliorũq; autorũ aſſidua lectiõe, locos ad multa milia nos reſtituiſſet: quorũ cẽturias aliquot referre operæprecium foret, ut ſpecimen aliquod guſtaturis præberetur, ſed unius Narbonenſis Galliæ exempla ſat erunt. Libro ij. capi. 10. tabula 3. Europæ, Chetiræ ciuitas prius legebatur, cum ex græco codice Bætiræ fuerit legendum, quæ eſt Biterrenſis ciuitas, uulgo dicta Beſiers: Stephanus etiam Betarrã nominat: Mela, Plinius & Strabo Bliteram. Foſſæ marinæ ibidem legebatur, cum Foſſas Marianas à Mario Ro. conſule dictas ſcriptores omnes teſtentur, quas nunc Aquas mortuas uocamus. Item flumen Sicarus ĩ altero exẽplari legebatur in altero Tiſara, cũ neutro modo fuerit legẽdũ, ſed Hiſera ſiue græcum exemplar, ſiue aliorum ſcripta, & maximè Cæſaris commentarios quis inſpiciat. adſtipulatur etiam hodiernum nomen quod idem fluuius uulgo retinet. Nec illos taceam qui pro Arari fluuio ibidẽ ſcripſerant Anar, & pro Dubi Buden, Cepero pro Ceſſero, Loauenniorum pro Auenniorum colonia, Sempos populos pro Sentijs, quos hodie Dignenſes. Omiſſa quoq; Cabelliorũ colonia duas Maßilias fecere, alteram græcam, alteram non græcam. Orobius inſuper ſcribitur ibi fluuius, qui Obris cæteris dicitur. Emendaſſemus etiam ſi licuiſſet Toloſæ ſitum, qui ad Garumnæ, non Illeris fluuij ripam conſiſtit. Sed ut nobis non licuit inueteratas illas chorographicas tabulas renouare, ita earum errata nobis adſcribi non debent. Longitudinum & latitudinum numeros, quos emendauimus, ne cui ſim moroſus, hic ſubticebo, cum ij ſatis legenti & conferenti patuerint. Nec in ea re à Ptolemæi mente diſceßimus, ſed tãtum iuxta priores typos librariorum reſtituimus errata. Libro octauo qui ſupra alios, ſi Bilibaldo & Eraſmo credimus, caſtigationẽ deſyderabat, adnotatiunculam adiecimus, qua etiam ſi totus ille liber periret, facile quiuis uel mediocriter in Mathematicis peritus, non ſolum in urbibus à Ptolemæo ibi deſcriptis, ſed in alijs quibuſcunq;, maiorum dierum quantitates, & ab Alexandria diſtantias metiri queat. Illud item ſciendum, ſitus ordinem aliquando præpoſterum, nec eundem eſſe in Ptolemæi traditione & noſtra interpretatione, parumper ab ipſo commiſſa trãſpoſitione locorũ. Vt inter Nemetos & Vangiones Germanos hodie populos in tabula Belgicæ Galliæ commemoratos: & inter Liburnũ portum & Populoniũ promontoriũ ſiue Populoniã urbẽ in Tyrrheno Italie pelago. Nos enim uera nomina in margine reddidimus, ſed ipſe priores poſuit, qui eo quo ipſe ꝓcedebat ordine poſteriores eſſe debuere. Eodem littore inter Telamonem Hoſſam & Coſſas tranſpoſitio eſt. idem commiſſum in Alpium montium nominibus, quod Andreas Alciatus in Tacitũ annotauit. In Liguriæ maritimus Iacobus Bracelleus ordinem à Ptolemæo alium nos docuit. Sed hactenus de ijs quæ corruptè legebãtur. Scholia deinceps adiecimus, quò lectio eſſet dilucidior ſuauior & planior: quæ quantum adiumenti lectori ſint allatura, eorũ eſto iudiciũ, qui lectionis uſu experimentũ fecerint. In euoluendis ſanè cum Græcorum tum Latinorum poëmatibus, hiſtorijs, & alijs ſcriptis: cũ de regionibus, ciuitatibus, montibus, & fluminibus, quod perſæpe fit, ſermo inciderit: ſi ſe tũc ad noſtri Ptolemæi lectionem quis deflectat: urbiũ nomina cum priſcis & poëtarum nominibus cõiuncta, & ad noſtri temporis ſermonem coaptata, iucunditatis nonnihil procul dubio lectori ſunt allatura: cum nuda Ptolemæi lectio parũ uenuſta hactenus uiſa ſit. Et quò magis tyronum animos ad hanc lectionem intenderemus, materna lingua tanquam faciliore plurima urbiũ uocabula explicuimus: ut cum Gallis gallicè, cũ Germanis germanicè, cũ Italis Italicè, & cũ Hiſpanis hiſpanicè loqui uideremur: quorũ omniũ regiones uidimus, & linguas utcũq; nouimus. In reddendis ſermoni uernaculo urbiũ nominibus, ſcriptorũ autoritate, ꝓpria experiẽta, certißimis coniecturis, quoad eius fieri potuit ſumus connixi: in hac præſertim ſecunda editione, in qua multa prioris errata caſtigauimus. Cæterum plurimas earum quæ à Ptolemæo ſunt deſcriptæ, cum ſint exciſæ, nos ſilentio præteriuimus. Aſt ubi deſolatarũ eodem aut proximo loco urbes aliæ ſucceſſere, nouam ſtructam loco ſcriptæ deſtructæ ſubrogauimus, in margine quidem. nam ipſum Ptolemæi ſcriptum inuiolatum eſſe uolumus. Quam noſtrã operam ad prouinciarum orbis notitiam & præſentium cum præteritis collationem, quæ ſuauis eſt exercitatio, maxime facere, nemo, ni fallor, inficias iturus eſt: niſi zoilus quiſpiam ſit frontis ꝑfrictæ, qui aliorũ ſudores nequeat ſine liuore dimetiri. Tu uerò quiſquis ſis candidus lector, noſtras ſpero uigilias acceptas probataſq; feres. Vale.

Ad eundem.

Si terras & regna hominum, ſi ingentia quæq;
Flumina, cœruleum ſi mare noſſe iuuat,
Si montes, ſi urbes populoſq; opibuſq; ſuperbas,
Huc ades, hæc oculis proſpice cuncta tuis.

AMPLISSIMO,

ILLVSTRISSIMOQVE

ac Reuerẽdiss. D. Dño Petro Palmerio, Archiepiscopo & Comiti Viennensi Michaël Villanouanus Medicus S. D.

*

POST primã illam Geographiæ Ptolemæi cum Scholijs meis editionem, Archipræsul & Comes amplissime, cùm te præsente, & patrono, Lutetiæ Mathemata publicè profiterer, sedulò operam dedi, ut altera iam editio multò prodiret castigatior. Ad quam rem non mediocre mihi calcar adiecit acre iudicium tuum, cum locos in priore editione corruptos passim deprehẽderes. Calcar insuper adiecit exhortatio Hugonis à Porta, bibliopolæ Lugdunensis, uiri de re tota literaria quàm optimè meriti, qui nullis pepercit impensis, ut Claudius noster Ptolemæus, quoad eius fieri posset, à mendis, quibus scatebat, emacularetur. Quam nostram operam, imò totum ipsum reformatum Ptolemæum, sacro tuo nomini libuit dedicare: quòd unus omniũ, quos unquam nouerim, sacrorum antistitum, bonas ames literas, literatos foueas, & Geographiæ ipsi non segniter incumbas. Coëgit me etiam tuorũ in me beneficiorum cumulus, qui mihi multis iam annis fueris mecœnas, qui & Geographiam ipsam Ptolemæi à me sis dignatus audire. Vnde meritò qui olim Ptolemæus clientem nouit, nũc te denuò patronum agnoscet. Quo enim alio duce prodire decuit Ptolemæum, Viennæ & castigatum & excusum, quàm te ipso Viennensium duce? eoq; Ptolemæi studioso? Viennæ inquã, Allobrogum, quã sibi iamdudũ notam, inter omnes ferè Galliarum urbes antiquitate celebrem, & Romanorum imperatorum alumnam, nũc sui altricẽ, meritò noster Claudius gaudebit. Gaudebit insuper tot Viennæ propagari cernẽs suæ Geographiæ peritos. Inter quos primas sibi uendicant consanguinei tui Iohãnes Palmerius, Prior Sancti Marcelli, & Claudius à Rupe Forti, uicarius tuus generalis, uiri ambo ornatissimi, ac multis nominibus commendãdi quibus ego tantũ debeo, quantũ Ptolemæo ipsi debent Geographiæ studiosi. Omitto hic referre quæ me magnus ille Sancti Petri, ac Sancti Simeonis Prior, Iohannes cognomine Albus, de uirtutibus suis referre uetat. Nec de sacra illa officialium tuorum triade hic ausim disserere, nec eorum hic tria nomina inserere, cum certum habeam, me pro eorum dignitate non satis dicturũ. Iohannis quoq; Perrelli, doctoris medici tui, meiq; olim in studijs apud Lutetiam socij, multiplex in philosophia & linguis eruditio, maiore alio indiget præcone. Ad te itaque rediens, ô Præsul amplissime satis feliciter agi cum hisce meis lucubrationibus existimaui, si eas in tuam clientelam, qua uti soles humanitate susciperes. Ita nimirum commendatas satis, ac probatas, intelligent se esse, ubi iudicio tuo longè quidem acerrimo non displicuerint. At quoniam materia, quam tracto, & ardua est, & multis olim seculis intentata iacuit, pronior ad ueniam uia relinquetur mihi in tãto rerum discrimine uacillanti, & interdum, si ita contingat, humana caligine cæcutienti. Neque enim quiuis semper rẽ propositã acu tetigerit, ut in prouerbio est, nec semper feriet quodcunque minabitur arcus. Siquidem & Plinius & Strabo & Mela, qui de Geographia tradiderũt, tã diuersi plerunq; abeunt, ut in gratiã nulla orationis psuasione reuocari queãt. Adde temporũ & bellorũ, quæ superuenerũt, iniuriã: qua factũ est, ut nõ solũ urbes quædã sint funditus perditæ, aliæ imminutæ, uerumetiã nomina fere omnia mutata. Sed quid ego sus Mineruã? Nota sunt, nota inquã tibi hæc omnia, qui bonã orbis partẽ perlustraueris, ac eos oẽs, qui de Geographia scripserunt, diligenter perlegeris: Christianissimi Gallorum regis exemplo, qui ut est studiosorũ amator, ita in hoc genere ad miraculum usq; doctus. Decet nãque principes summos, qui orbi imperant, orbẽ nosse: decet & eos, qui principibus famulantur, cum præsertim ad uarias orbis partes (quod tibi, uel ab ipso principe est sæpius oblatum) legati mittuntur. Accedit ipsa cognitionis uoluptas, qua & intellectus ornatur & animus suauiter afficitur: alioqui pecudum ritu, uelut in deserto aberrabimus, nullam certam habentes uiæ nostræ rationem. Sed iterum ego noctuã Athenas. Cape igitur, ô Præsul amplissime, Claudij Ptolemæi excellentissimi Geographi opus utilissimum, summa cura à me restitutum, ut tuo patrocinio deinceps nitatur, teq; solum Mecœnatẽ agnoscat. Vale & sis perpetuo felix, Archipræsul illustrissime. Viennæ pridie Cal. Martij. M D X L I.

Primo Libro hæc

CONTINENTVR.

CLAVDII PTOLEmæi Alexandrini Geographicæ enarrationis, Lib. I.

In quo differat Geographia à Chorographia. CAPVT I.

Vel melius ita uertas. Geogrohia est descripta imitatio conglobatæ integræ partis terræ cũ ijs quæ sibi necessario cohærent.

GEOGRAPHIA imitatio est picturę totius partis terræ cognitæ, cũ ijs, quę sibi quasi uniuersaliter sunt annexa. Differt autẽ à Chorographia. nã illa per partes loca resecat, seorsumq́ singula, & unumquodque iuxta se cõstituit, ac fermè omnia etiã minutissima, illa quæ deprehẽdere possumus, describit, ueluti portus, uicos, populos, necnõ à primoribus fluminibus diuertigia, & his ✠ similia. Geographiæ aũt propriũ est, unam & continuã terram cognitã ostendere, queadmodũ se habeat natura & positione, eaq́ solũ in omnino deprehensibilioribus uersatur descriptionibus, ueluti sinuum, & ciuitatũ magnarum, gentium quoque, & fluuiorũ, necnõ circa ea, quæ secundum speciem uniuscuiusque sunt insigniora. Finis siquidem Chorographicus sectionẽ partis continet, ueluti si quis aurem tantum aut oculum imitetur. Geographicus autem contemplationem totius, proportionaliter ijs, qui integrum caput describunt. Quum enim omnibus, quæ supponuntur imaginibus, præcipuæ partes necessario, atque in primis adaptentur: cũ etiam quæ picturas excepturæ sunt, distantiæ, sufficienti remotione oculorum cõmensuratæ esse debeant, siue perfectum sit quod pingitur, siue particulare, quò cuncta sensibiliter percipi ualeant: rationabiliter simul & utiliter sequutum est, ut Chorographiæ minutissimæ proprietates, Geographiæ autem regiones ipsæ cum ijs quæ uniuersaliter eis adiacent, attribuantur. Quoniã & primariæ orbis partes, regionum nempè situs, tã magnitudine, quàm mensuratione rectè sunt coordinatæ. At inter has ipsas ut sese habeant, quãplurimæ sunt ✠ differentiæ.

Tria inter Geographiã & Chorographiam discrimina. Primũ, Chorographus singulas partes diuisim, etiã minutissimas, Geographus continuum describit.

✠ Agros scilicet, ædificia, turres, & mœnia, quæ Chorographi depingunt.

✠ Id est, in Chorographia non seruatur proportio quãtitatis totius ad partes.

Secũda differẽtia, locorum accidẽtia à solis Chorographis consyderari.

Versatur autẽ Chorographia ut plurimum circa quale magis disponendum, quàm circa quantum: siquidem ubique qualitatis curam gerit, at nõ ita commensurationis positionum. Geographia autem circa quantũ magis, quàm circa quale: quandoquidẽ in omnibus diligentem proportionis distantiarum rationem habet: qualitatis uerò, usque ad magnitudinis partium circumscriptiones, & iuxta figurã ipsam tantum. Vnde illa quidem locorum eget pictura, nemóque eam rectè exercebit, nisi uir pingendi gnarus: hæc uerò nequaquam, nam per lineas etiam tenues, ac denotationes tantum, positiones, & uniuersi figurationes ostendere potest. Quapropter illa quidẽ haudquaquam mathematico indiget instituto, hic uerò pars ea præcipuè requiritur. Consyderare enim oportet, & totius terræ figuram ac magnitudinem, necnon situm eius ad cœlũ, quò cognita ipsius pars, quãta sit, & qualis, receseri possit. insuper & loca eius singula, sub quibus cœlestis sphęræ sita sint parallelis, ex quibus & noctium & dierum magnitudines, & quęnam stellæ fixæ uerticales fiant, & quæ super terram, quæque sub terra ferantur semper: ac omnia quæ de habitationis ratione connectimus, percipi possunt. Quæ cũcta sublimissimæ ac pulcherrimæ sunt speculationis, quum humanis deprehensionibus, per Mathemathicas rationes ostendi possit, quo pacto cœlum ipsum natura se habeat, quoniam nobis magna ex parte conspicuum esse potest. Terra autem per imaginem, quia licet certa sit & maxima, non tamẽ nos circumambit, neque tota simul, neque particulatim ab eisdem hominibus peragrari potest.

Tertia, singulorum locorũ pictores esse Chorographos.

Geographus dici nequit, qui fuerit mathematices imperitus.

Quæcunq; stella maiorem habuerit declinationẽ, quã sit latitudo regionis, perpetuò appa ret, aut perpetuò occultatur.

Collatione ad cœlũ facta dignoscitur terra.

Quænam sint ad Geographiam præsupponenda. CAPVT II.

QVis igitur finis sit eius, q Geographiam exercere uelit, ac in quo differat à Chorographia, per hæc quasi summatim sit no tatum. Cum uerò impręsentiarum sit propositum, nostrę habitabilis describere orbem, ut quàm maxime cum ueritate congruat, necessarium arbitramur præmittere, peregrinationis historiã esse, quæ notitiam præstet ad institutionem talem, utpotè quæ plurimũ afferat cognitionis, ex traditione eorum qui prędití scientia speculatiua,

Præcipuum huius rei antecedens ex peregrinationibus sumptum.

regiones particulatim peragrarunt: quódque consyderatio ac traditio hæc partim sit geometrica, partim uerò superiorũ constet obseruatione. Siquidẽ ad geometriã spectat ꝙ per subtiles distantiarum dimensiones locorũ inter sese positiones reddãtur manifestę: ad obseruationem autem superiorũ, ꝙ idem fiat per apparẽtia, ex instrumentis, quibus astra & umbræ obseruantur, quod & perfectius est & certius, primũ autem difficilius, ac alterius indigens ope. Quum enim necessariũ existat, ut supponatur secundum utrunq; modũ, ad quãnam mũdi positionem, duorũ locorum inquisitorũ distantia uergat (non enim simpliciter, aut solum hoc scire oportet, quantum locus unus distet ab alio, sed quonam uersus, hoc est, ut dicere sciamus, num ad septentrionem, aut ortũ, siue ad partiliores eorum inclinationes tẽdat) impossibile est, exactè hoc consyderare, absq; obseruatione, quæ per prædicta fit instrumenta, per quæ in omni loco ac tempore facilè, & lineæ meridianæ positio ostenditur, & per ipsam ignotæ locorũ distantiæ. Inde & hoc concedi necesse est, dimensionem, quæ per numerũ fit stadiorum, haud quaquam certam nobis iuxta ueritatẽ prębere deprehensionem: quoniã raro in uias rectas incidere cõtingit, propter circuitus uarios, qui & euntibus, & nauigantibus occurrere solent: & quia necesse est, ad rectitudinẽ inueniendam, id quod in uijs, tã ex qualitatibus, ꝗ̃ ex quantitatibus redundat, coniecturando tãtum, ab integris subtrahere stadijs. In nauigationibus autẽ uentorum flatus, qui ut plurimũ uires easdem haud seruant, ad dijudicandum penitus norma carent. Insuper licet distantia quædã inter duo loca emensa exactè cognita fuerit, non ideo tamen ratio ipsius ad totius terrę ambitũ, nec positio, utrum ad æquinoctialẽ, seu polos tendat, patebit. Dimensio uerò, quæ fit per cœli apparentia, certã de singulis his cognitionem affert, ostenditq; qualésnam circũferentias inuicẽ per loca subiecta descripti intercipiant circuli, parallelíq;, & meridiani: hoc est, quales ipsi paralleli includant meridianorũ circunferẽtias, quæ incidunt inter ipsos, & æquinoctialẽ: & quales meridiani ipsi includãt arcus, & æquinoctialis, & parallelorũ: ac etiã qualem circunferentiam duo intercipiant loca, circuli illius, qui in terra maximus scribitur. Nihil deniq; stadiorũ indiget dinumeratione, ✣ siue ad rationẽ earum partium, quæ à terra sunt, siue ad descriptionis circuitum uniuersum: sufficit enim supponere ambitum telluris in partes quotquot uoluerimus, per totidemq; partes ostendere distantias in circulis maximis super telluris superficie descriptis. Sed forsitan ad diuidendũ nostris dimensionibus ✣ totum ambitum, aut partes illius in subiecta ac nota interualla, hęc minus sufficiẽt. Ideo huius rei gratia solum, necesse fuit uiam quandam rectam alicubi adaptare circũferentiæ, quæ iuxta continentiam similis esset maximo circulo, ac rationem huius sumere ad circulum, qui fit ex apparentibus ✣: stadiorum uerò numerum, qui sub ipsa cõtinetur, ex uulgari dimensione quæ fit à parte data, sicq; multitudinem stadiorum totius ambitus demonstrare. Cum enim ex mathematicis præsupponatur, continuam & terræ & maris superficiem, quasi per totas partes esse rotundã, & idem centrum habere cum sphæra cœlestium. sequitur etiam singulas ipsius incisiones communes, quæ ex centro in planum, necnon ex dictis emittuntur superficiebus, maximos in semetipsis facere circulos, angulosq; in ipso plano ad centrum conclusos, similes circulorum intercipere portiones, distantiarum earum, quæ in terra sunt. Ac ideo quantitatem stadiorũ, ubi directa fuerint, ex itinerum dimensionibus accipi posse: rationẽ uerò quę ad totũ est ambitũ. ex ipsis quidem nullatenus, propter defectum pertingentiæ parabolæ ✳. A simili autem circunferentia circuli cœlestis, rectè sumuntur, quoniam ratio illius ad proprium ambitum deprehendi potest: eadem autem fit & à simili parte circa terram, ad circulum in ea maximum.

Eclipsium, poli eleuationum & lineæ meridianæ per instrumenta obseruatio præcedit, deĩde geometrica ratiocinatio seqtur: quibus longe incertior est itineraria stadiorũ mensura.

Quatuor modis inuenire licet meridianam lineam. Primò per gnomonis minimã umbrã, seu duas antea et postea æquales eiusdẽ circuli periphæriã contingentes. Secũdò per maximã solis eleuationẽ astrolabio deprehensam. Tertió per instrumẽtum azimutale Apiani quauis hora. Quartò per magnetis ostensionem.

Prima est differentia latitudinis, secũda longitudinis, tertia locorũ uera distantia, quasi laterum quadrati diameter.

✣ Idest, siue per terræ, siue per circulorũ cœli segmẽta distantias metiare.

✣ Id est leucis, miliaribus, stadijs.

Id est, per instrumenta.

Id est, si terram super centro secet planum, cõmunis sectio sphæricæ superficiei telluris et eiusdẽ plani secantis, maximus erit ĩ terra mariq; circulus.

Id est, symmetriæ ad totum.

Qualiter à stadiorum numero alicuius distantiæ rectæ, licet non sub eodem sit meridiano, ambitus huius stadiorum numeri accipiantur, & econtra.

CAPUT III.

QVi ante nos fuerunt, ✣ non solum rectam aliquam distãtiam in terra inquirebant, ubi maximi circuli facit circunferentiam, sed eam quoque, quæ positionem in unius meridiani plano haberet: per Sciotherósque obseruabant signa duo, quæ super uerticem erant distantiæ, iuxta circunferentiam, quæ ibi sub ipsis intercipiebatur meridianis, quę similis esset itinere: quumq; hæc singulatim, ut diximus, in plano constituebantur, lineæ rectæ, quæ per extremitates ad signa, quæ super uerticem erant, egrediebantur, inter se concurrebant, quia centrum circulorum, commune erat coincidentiæ signum. Quanta igitur apparębat circunferentia, quæ inter signa erat uerticalia, ac pars esset circuli, qui per polos scribitur, tantam etiam supponebant in terra distãtiam ‡ ambitus totius. Vnde si etiam non per polos circulum secundùm dimensam sumpserimus distantiam, sed à quolibet maximorum, propositum ostendi potest.

Idem

✣ Ad inquirẽdam scilicet stadiorum ambitus terræ multitudinem.

Verticalia duo signa, siue puncta in eodem meridiano tantum eius arcum intercipiebãt: quanta erat itineraria distãtia inter duo loca illis supposita.

Concurrebant in centro mundi.

‡ Quæ scilicet tãta pars esset ambitus terræ totius.

Idem nobis patebit, ſi per inſtrumentum, quo ſublimiora conſyderantur, eleuationes poli in terminis fuerint obſeruatæ, necnon poſitione animaduerſa, quam diſtantia ad alium habet meridianum. Per quod etiã Meteoroſcopium multa alia utiliſsima facile deprehendere poſsimus. Sed & quolibet die & nocte iuxta obſeruationis locum eleuationem poli Borealis, omnique hora ſitum meridionalem, necnon habitudines declinationum ✠ ad ipſum, hoc eſt, quales faciat angulos per uiam deſcriptus circulus maximus cũ meridiano, ad ſignum quod eſt ſuper uerticem: per quos ſimiliter quęſitam circunferentiam ex ipſo oſtendimus Meteoroſcopio: & eam quoque, quæ inter duos intercipitur meridianos, quum alij fuerint quàm æquinoctialis paralleli. Ita ut per talẽ modum, ſi ſolum diſtãtia una recta in terra fuerit dimenſa, totus etiam numerus ſtadiorum, quos ambitus continet, inueniri poſsit. Per hæc inde reliquum, necnon aliorum itinerum interualla, etiam ſine dimenſione cognoſcuntur, licet non penitus fuerint recta, neq; ſub eodem meridiano aut parallelo conſtituta, dummodo id quod ad omnem inclinationem proprium eſt, diligenter accipiatur, pariter & terminorum eleuationes obſeruentur. Rurſus etiam per rationem circunferentiæ, quæ diſtantiam extendit ad circulum maximum, ſtadiorum quoq; multitudo à deprehenſo totius terræ ambitu facilè conſyderari poteſt.

✠ Id eſt, quantũ tu ab ipſo meridiano declinaueris, quãcunq; uiam agas: angulum poſitionis uocant.

Meteoroſcopium iſtud, parũ aut nihil ab armulla differre. cenſet Io. de monte regio. Vernerus autem aliter ſentit. Verè tamen, ſi armillæ ſubdas horizontis planitiem cum regula poſitionis, habebis meteoroſcopium.

Quod ea quæ ex apparentibus obſeruata ſunt, præferri debeant ijs, quæ ex peregrinationis comperta ſunt hiſtoria.

CAPVT IIII.

IGitur quum hęc ita ſe habeant, ſi ij, qui particulatim regiones peragrarũt, talibus quibuſdam obſeruationibus uſi fuiſſent, certam penitus orbis deſcriptionẽ facere potuiſſent. Verùm ſolus Hipparchus, nobis paucarum ciuitatum (reſpectu tantæ multitudinis, quam in Geographia deſignare neceſſe eſt) eleuationes poli Borealis tradidit, easq; eidem ſubiectas parallelo. Quidam uerò cum illis pariter loca quædam oppoſita, non quæ æqualiter ab æquinoctiali diſtarent, ſed quæ plane ſub eodẽ eſſent meridiano, ex eo quòd mutuæ eorũ nauigatiões ſecundæ ad arctum, uel notum tenderent. Diſtantiæ uerò quamplurimæ, et præcipuè illæ, quæ ad ortum, uel occaſum uergunt, imperfectiorem aſſequutæ ſunt traditionem: non incuria eorum, qui hiſtorias condiderunt, ſed ideo forſitan, quia conſyderationes Mathematicales nondum exactè erant perceptæ, nec adhuc multæ defectiones Lunares eodem tempore, in locis diuerſis obſeruatæ fuerãt. Nam literis mandatum eſt Eclipſim eã, quæ hora quinta in Arbelis accidit, Carthagini apparuiſſe ſecũda. Ex quibus manifeſtum redditur, quot temporibus ✠ æquinoctialibus inter ſe loca diſtẽt, ad ortum uel occaſum. Rationabile igitur erit, & his conſequẽs, eum qui Coſmographiam tractare uelit, ea loca, quæ per diligentiores obſeruationes deprehenſa ſunt, deſignationi ſuę tanquàm fundamenta quædam præſupponere, quę uerò ab alijs tradita ſunt, his adaptare, quouſque poſitiones eorum inuicem, cum ijs quæ prius fuerunt obſeruata, tãquàm traditionibus certiora, potiſsimum congruant.

✠ Id eſt, quot lõgitudinis gradibus. erãt nanq; ibi. 45. gradus, quorum quindeni in æquinoctiali horam faciunt: & tempora ideo dicũtur, quia per eos tempora menſurantur.

Quòd hiſtorijs nouiſsimis magis ſit adhærendum, propter mutationes, quæ per tempora accidũt in terra.

CAPVT V.

IGitur deſcriptionis aggreſsio, tali forſitã cõtinetur propoſito: uerùm, quẽadmodum in cũctis locis, quæ, uel propter magnitudinis exceſſum, uel quia non ſemper eodem ſe habẽt modo, non penitus deprehenſa ſunt, ſemper tempus ipſum hiſtoriam certiorem ueluti perferre ſolet: ita etiam in Geographia accidit. Conſtat enim per ipſas temporum traditiones, multas partes continentis terræ, quæ à nobis habitatur, nondum propter difficilem magnitudinis peragrationem ad notitiam perueniſſe. Quaſdam uerò non tales ac fertur eſſe, eorum culpa, qui hiſtorias exceperunt fabuloſiſsimas. Nonnullas autem nunc longè aliter quàm olim habere, uel propter particulares earum deuaſtationes, uel etiam immutationes. Vnde neceſſe eſt, ut ibi nouiſsimis temporis noſtri traditionibus, penitus quaſi adhæreamus, obſeruantes obiter & hiſtoriæ antiquæ expoſitionem, necnõ prædictorum dijudicationem, ut liquere poſsit, quid fide dignum, quídue ſit erroneum.

Tempus etſi omnis generis ſapientiam & matrem rerum experientiã ſecum adferat, in Geographica tamen hiſtoria peculiarem rationem habet, ob regnorum accidentes mutationes.

De Geographica Marini enarratione.

CAPVT VI.

MArinus itaque Tyrius, nouiſsimus eorum qui noſtro fuerunt tempore, parti huic ſummo ſtudio incubuiſſe uidetur. Patet enim plurimas eum hiſtorias euoluiſſe, ultra eas etiam quæ

prioribus cognitæ fuerant tẽporibus, ac ſcripta ferè omnium qui eum præceſſere, diligentiſsimè percepiſſe. Quandoquidem ea quæ minus decenter, tam à priſcis illis, quàm à ſemetipſo credita fuerant, decenti cumprimis rectificatione exornauit: quemadmodum ex æditionibus ipſius emendationis tabulę Geographicæ (nam plures ſunt) cõſyderare licet. Proinde, ſi cerneremus, nihil in ultima eius deeſſe compoſitione: poſſemúsque ex ſolis monimentis illius, orbis deſignationem perficere, nullum ulterius in hac re laborem ſuſciperemus. Verum cum manifeſtè liqueat, quædam eum non ſatis fida perceptione collegiſſe, ſæpius prætereà in deſcriptionis inſtitutione, nec facilitatis, nec dimenſionis debitam curam habuiſſe: iuſtè moti ſumus, ut uiri huius negocium ſuſceptũ, quantum operæprecium arbitramur, ad rationabiliorem, & utiliorẽ reduceremus modũ. Quod quidem quàm ſuccinctè poterimus, facere conabimur, conſyderantes, breuibus nos ea, quæ ad utranque ſpeciem conferunt, ratione quadam conſequi poſſe. Ac primum quidem ab hiſtoria initium faciemus, ſecũdum quam exiſtimat ipſe, & longitudinem terræ cognitæ plus ad orientem, latitudinem uerò ad meridiem produci oportere. Deinde forſitan non ineptè totius ſuperficiei diſtantiam, ab ortu occaſum uſque, longitudinem, eam uerò quæ eſt ab arcto, meridiem uerſus, latitudinem uocabimus. Quoniam & parallelos, iuxta motum cœleſtem, eodem appellabimus nomine. Sed & uniuerſaliter quidem diſtantiæ maiori, rectè longitudo eſt attribuenda: ſiquidem planè hoc ab omnibus conceſſmm eſt, quòd orbis terrarum diſtantia, ab ortu uerſus occaſum, longè maior exiſtit, quàm ea quæ à ſeptentrione eſt ad meridiem.

Longitudinis & latitudinis definitiones.

Circuli longitudinis dicũtur paralleli, ſicut meridiani, circuli latitudinis.

Rectificatio diſtantiæ latitudinis terræ cognitæ, ex apparentibus ſecundum Marinum.

CAPVT VII.

PRimum igitur latitudinis terminum preſupponit ipſe Thylen, ſub parallelo, qui borealiſſimam terræ nobis cognitę partem ſegregat. Parallelum uerò hunc demõſtrat ab æquinoctiali diſtare ad ſummum partibus. 63. qualium eſt circulus meridianus trecentarum ſexaginta: ſtadijs uerò uno & triginta millibus, ac inſuper quingentis, ita ut pars una quingẽta fermè comprehendat ſtadia. Deinde Aethiopum regionem quæ uocatur Agiſymba, & Praſsium promontorium ſub eo ponit parallelo, qui auſtraliſsimum terræ cognitæ finit terminum, quem etiam ſub hyberno ponit tropico: ita ut ſecundum ipſum, tota orbis latitudo, iuncto tropico hyberno partium fiat octuaginta ſeptem, ſtadia uerò compleat quadraginta & tria millia quingenta. Quinetiam rationabiliter finem auſtralis demõſtrare conatur, per apparẽtia quædam, ut ipſe putat, necnon per itinera, quæ & terra, & mari hiſtorijs ſunt predita: quæ ſingula quaſi ex tranſcurſu hic referemus ✠. Sanè in enumeratione apparentium, compoſitione ſua tertia, ita ait: Zodiacus in zona torrida totus ſuper ipſam apparet, quapropter ĩ ea tranſmutantur umbræ, ac omnia aſtra occidunt & oriuntur. Sola autem Vrſa minor tota ſupra terram apparere incipit, in Ocele, quæ borealis eſt ad ſtadia quinquies mille quingenta. Parallelus enim per Ocelem partibus eleuatur undecim ac quĩta duplici. Ab Hipparcho autem traditur, minoris Vrſę ſtellam borealiſsimam, ultimam autem caudæ, à polo diſtare partibus duodecim, quintiſq; duabus. Porrò ijs, inquit, qui ab æquinoctiali ad æſtiuum progrediuntur tropicum, polus borealis ſemper plus ſupra horizontem attollitur, auſtralis uerò plus ſub horizonte deprimitur. Qui uerò ab æquinoctiali ad brumalem pergũt tropicum, ijs polus auſtralis ſupra horizontem eleuatur, borealis uerò ſub horizonte mergitur. Igitur per hęc ſolum exponit quæ accidere debent locis, quæ ſub æquinoctiali ſunt, uel inter tropicos poſita. Atqui, etiamſi ita ſe habeat hiſtoria, apparentia tamen in locis, æquinoctiali auſtralioribus, nequaquàm appoſuit, ueluti quænam ſtellæ ſuper uerticem fiant, in locis illis, quæ æquinoctiali ſunt auſtraliora, aut quantum ad auſtrum declinent umbræ meridianæ in æquinoctijs, utrúmue Vrſæ minoris ſtellæ omnes oriantur & occidant: ac rurſus quænam ex ipſis penitus non appareant, quum polus auſtralis ſuper horizontem eleuatur. In cæteris inde dicit, quædam obſeruata eſſe apparentia, uerum nec illa propoſitum ullo pacto oſtendere poſſunt. Ait enim eos, qui ex India in Lymyricem nauigant, (quemadmodum narrat Diodorus Samius in tertio) Taurum in medio habere cœlo, Pliades uero ſecundum antemnas medias. Qui uerò ex Arabia in Azaniam feruntur, nauigationem dirigere ad meridiem, & ſtellam Canobum, quæ ibi Equus uocatur, éſtque auſtraliſsima ‡. Cæterum aſtra quædam apud illos apparent, quæ apud nos ne nominantur quidem. Caníſque anticane prior # oritur, & Orion ante conuerſiones æſtiuas totus. Ex his igitur ſtellis apparentibus, quædam manifeſtè oſtendunt, quenam habitationes æquinoctiali

Thylen, quæ Iſlandia hodie dicitur, quære in prima tabula Europæ, Agiſymbã & Praſsiũ in tabu. 4. Africæ, Ocelen in tabu. 6. Aſiæ.

Sexaginta trium ad boream, & . 24 ad auſtrum.

✠ Quia ſcilicet parum ad rem faciunt.

Noſtra uerò ætate anno. 1540. minus diſtat, gradibus nimirũ. 4. & minutis 9. nam ab æquatore declinationẽ habet graduũ. 85. minutorum. 51.

‡ Ad gradus ab æquatore. 50.

Ortus iſti ſunt è ſol' radijs egreßiones matutinæ. nam Marini tempeſtate aſtra hæc erant in Tauro & Geminis, ideo antequàm ſol Cancrũ accederet, manè à radijs egrediebantur: nũc uerò ſecus. Nã canes ambo in cãcro, Orion in geminis ſitum habent.

noctiali sint borealiores, ueluti Taurus & Plias, quæ super uerticem fiunt, nam astra hæc æquinoctiali sunt borealiora, quædam autem nihilo magis borealioribus australiores esse demonstrãt, Canobus enim apparere potest etiam ijs, qui longè æstiuo tropico sunt septentrionaliores. ✢ Multæq; stellæ, que semper apud nos sub terra sunt, in locis qui nobis sunt australiores, ac etiam ijs, qui æquinoctiali sunt borealiores, uelut ijs, qui circa Meroëm habitãt, super terram fiunt. Quemadmodum Canobus ipse, qui nobis borealioribus hic minimè apparet. Et hunc quidem meridionaliores, & nullum alium, qui nobis sit incognitus, Equum uocitant. Adijcit & ipse mathematicis rationibus deprehensum esse, Orionem totum ante conuersiones ęstiuas apparere, ijs qui sub æquinoctiali habitant. At Canis oriri incipit, priusq; Procanis, ijs qui sub æquinoctiali habitant, & ab ipsis Syenem usq;, ita, ut nec horũ quoq; apparentiũ peculiare existat, ostẽdere habitationes aliquas, æquinoctiali esse australiores.

Ad gradus 16.

Quia Canis Syrius dictus, siue Albabor, latitudinẽ ab Ecliptica meridionalẽ habet maiorẽ & lõgitudinẽ minorẽ, quàm Procanis (qui Algomeisa Cãicula siue Canis minor dicitur) non mirũ si à radijs solis prius egrediatur, & ab ijs, quorum Orizon non est admodum obliquus, diluculo prius conspiciatur.

Eadem rectificatio

Ab emensione itinerum.

CAPVT VIII.

PROINDE in itinerũ emẽsione, dum per terram singulatim profectionum computat dies, à Lepti magna, usq; ad regionẽ Agisymbam, hanc æquinoctiali australiorem esse stadijs quatuor milibus sexcentis octuaginta colligit. ✢ Rursusq; secundum dies nauigationis per mare, à Ptolemaide, quæ est in Troglodytica, ad Prassum promontorium, æquinoctiali id australius esse colligit, stadijs uiginti & septem milibus octingentis: ita ut & Prassum promontorium, & Agisymbam regionem, quæ Æthiopum est, & quę, ut ipse dicit, nec dũ Æthiopiam ab austro disterminat, ad oppositũ eorũ ꝓducat, qui gelidã inhabitant zonã. Siquidẽ uiginti septẽ milia & octingenta stadia. constituunt, in æquinoctiali partes quinquaginta quinq; & tertias quinq;, quot & ab altera æqnoctialis parte distant, ac sub similis frigiditatis qualitate, Scythæ degũt & Sarmatæ, qui septẽtrionalia Meotidis incolunt paludis. ✢ Cõtrahit igitur & ipsæ numerum expositorum stadiorum in summam dimidio minorem, hoc est in stadia duodecim milia, quot fermè hyemalis tropicus distat ab æquinoctiali. Addit & contractionis huius solummodo diuersiões à ijs rectis, necnõ irregularitates itinerum causas esse: obmissis potioribus & promptioribus, ex quibus non solum diminutio necessaria uidetur sed etiam ut ad tam paruum redigatur numerum. Primum enim de itinere quo à Garama ad Æthiopiam itur, Septimum Flacum, ait, qui in Libya militauerat, a Garamantibus, ad Aethiopes, quum ad meridiem perrexisset, trium mensium spacio peruenisse: Iulium uerò Maternum à Lepti magna, quum Garamantes ex Garama Aethiopes inuasissent, mensibus quatuor ad Agisymbam Aethiopum regionem applicuisse, quum iter semper ad meridiem direxisset, quo ĩ loco Rhinocerotes congregantur. Quæ utraque etiam per sese incredibilia sunt, & quia Aethiopes interiores, non tantum à Garamãtibus segregantur, ut trimestri distent itinere. Quum iam ipsi potius Aethiopes existant, & eundem quem & illi habeant regem. Et quia penitus ridiculum est, incursionem regis contra subditos super unam ✢ distantiam solam factam fuisse, nempe à septentrione ad meridiem: quum gentes illæ, utrinq; & ad ortum & occasum latissimè extendantur: ac nullibi eum moras relatu dignas fecisse. Quapropter certum est, uiros illos falsa nunciasse, aut sic ad meridiem dixisse, quemadmodum indigenæ dicere consueuerunt in Austrum, aut in Aphricum, pro certiori, eo quod magis notum est, abutentes.

Neapolis dicitur in tab. 2. Aphricæ.

Malè, cũ ad stadia decẽ mille, & gradus 20. ab æquatore distat Agisymba, in tab. 4. aphricæ.

Nõ intelligas oppositos, quasi antipodas, sed quia sub oppositus parallelis, id est, ab æquinoctialis utraque parte æquidistant ibus agũt: quos antichtonas uocant.

✢ Secum pugnat Marinus, Aethiopes in frigida cõstituens zona. Qua cognita absurditate coactus dicta stadia dimidianda cẽsebat, falsis ductus & incredibilibus relatiõibus, ut ostẽdit Ptolemæus, qui eã distantiã 27. millium stadiorum ad plus quàm sub triplum immunuit.

Rectam.

Ridiculum etiam, si pugnando semper recta ꝓficiscebatur, nullibi remoratus.

Eadem rectificatio

A nauigationibus exactis.

CAPVT IX.

POSTEA de nauigatione inter Aromata & rapta, Diogenẽ quendã ait, qui in Indiam nauigarat, ac secũdo fuerat reuersus, quũ propè Aromata, nauigasset à Septentrione arreptum esse, quumq; Troglodyticam à dextra habuisset, diebus uiginti quinq; ad paludes, ex quibus Nilus fluit applicuisse, quibus Raptorum promontorium paululum est australius. Theophilum autem quendam ex ijs, qui in Azauiam nauigare consueuerunt, à Raptis soluisse, ac Austri flatu, die uigesimo ad Aromata peruenisse. Verum neuter horum quot dierum nauigatio illa esset, aperuit, sed Theophilus se die uigesimo eò applicuisse, Diogenes uerò diebus uiginti quinq; Troglodyticã, ꝓternauigasse dixit, solũ referẽtes q̃t diebus

Vide tab. 4. Aphricæ.

Paludes Nili putabat Marinus esse iuxta mare: quod falsum ostẽdit Ptolemæus infrà capitu. 17.

nauigaſſent: minimè autem aduertentes, quot dierum nauigatio illa, propter uentorum in tanto tempore irregularitatem & immutationem eſſe deberet: neq; utrum tota nauigatio illa ad ſeptentrionem, aut meridiem facta fuiſſet. Verum Diogenes ſe tantum Septentrione impulſum eſſe, Theophilus autem ſolum auſtro nauigaſſe retulit: reliquam autem nauigationem, q̄ eundē ſemper tenorem ſeruauerit, neuter dixit. Quod enim naues ille tot diebus, eodē fuerint impulſæ uēto, haud quaq; eſt credibile: ac ideo diſtantiam eam, quam Diogenes, inter Aromata & paludes, quibus Raptum promontorium auſtralius exiſtit, uiginti quinq; emenſus eſt diebus: Theophilus à Raptis ad Aromata, longè maiorē + uiginti diebus exegit. Theophilusq; diei ac noctis nauigationem mille eſſe ſtadia ſuppoſuit: cui rei licet ipſe adſtipuletur, ait tamē nauigationem eam, quæ à Raptis ad Praſſum promontorium ac multorum eſt dierū, quinq; milium tantum à Dioſcoro ſtadiorum ſupponi: quum facile, ut par eſt, uenti ſub æquinoctiali mutantur, ac ideo ſecundum ipſum etiam ſolis tranſitus ad obliqua celeriores ponuntur. Ob hæc igitur magis decuiſſet, ut relatæ dierū multitudini, fidem haud præſtitiſſet. Et ideo etiam, quod omniū manifeſtiſsimum eſt, q̄ Æthiopes & Rhinocerotum conuentum ex oppoſito gelidæ conſtituit zonę, quum ratio ipſa dictitet omnia, quę ſub eadem aëris qualitate poſita ſunt eſſe ſimilia, ſiue plātę ſint, ſeu animalia, imitariq; ſimilitudines cœli, quę ſub eiſdem ſunt parallelis, aut illis qui æqualiter ab utroq; diſtant polo. Quapropter Marinus, ſolum uſq; ad tropicum hybernum cōtraxit diſtantiam, nulla rationabili cā de contractionis quātitate reddita. Quòd ſi quis & dierum numerum & ſeriem acceptaret peragrationū, quemadmodum ipſe fecit, hæcq; ſeruaret quantitatem ſolum diurnorum ſtadiorum præter modum & conſuetudinem minueret, antequam terminus ad eum perueniret parallelum, ad quem ipſe uenire cenſet oportere. Atqui contrarium potius ſequi deberet. Nempe ut poſſibilitati diurnæ peregrinatiōis crederetur, tenori autem perpetuo tam iuxta ęqualitatem, quàm ſecundum poſitionē, minimè fides adhiberetur, tanquam impoſſibile exiſtat, ut diſtantia inquiſita per hæc accipi ualeat, aut illud ſolum, quod ea maior fiat ſub æquinoctiali. Verum rectius ab aliquo eorum quę manifeſtius apparēt, deprehendi potuiſſet: tale enim longè fuiſſet certius, ſi quis magis mathematicalius conſyderaſſet, quæ regionibus illis accidere ſolent. Verum cū hiſtoria talia præſtare nequeat, reliquum eſt, ut à ſimplicioribus plenius conſyderetur rationabilis quantitas ultra æquinoctialem egreſſionis. At illa per formas & colores animaliū, quæ in locis illis ſunt, percipi poteſt. Vnde ſequitur, parallelum per Agiſymbam regionem, quæ ſine controuerſia Aethiopum eſt, nequaquam ad hybernum uſq; pertingere tropicum, ſed citrà ad æquinoctialem potius terminari. non enim apud nos in oppoſitis locis, hoc eſt, ſub tropico æſtiuo, homines iam Aethiopum colores habent, neq; Rhinocerotes ſunt, aut Elephantes, ſed in haud multum illis auſtralioribus modicè exiſtunt nigri. Quemadmodum qui ultra Syene triginta habitant ſchœnis, + qualesq; ſunt Garamantes, quos Marinus ob hāc cauſam, nequaquam ſub tropico æſtiuo, neq; eo borealiores, ſed prorſus auſtraliores ſedes habere inquit. in locis uerò circa Meroem, iam ſatis colore ſunt nigri, & primum Aethiopes meri, ibiq; Elephantum ac mirabiliorum animalium paſcitur genus.

Paulò maiorē ego dicerem, cum paludes è regione ferè ſint Rapti promōtorij.

Venti ſub æquinoctiali tenues & facilè mutabiles, q̄ ſolis uirtus uapores & exalationes cōſumit: in frigidis uero & montuoſis locis ex materiæ multitudine uehementiores flatus ꝓcreantur: unde cōſtat ueIociorē eſſe nauigationem ad æquinoctialē, quā ab æquinoctiali.

Scopus Marini erat, circulum capricorni facere auſtralem habitabilis terræ finem.

ſub cācri circulo nondū eſſe Aethiopes.

ideſt, noningentis ſtadijs.

Non eſt igitur tantus calor ſub tropicis, quantus circa æquatorem.

QVOD NON
oporteat Aethiopes ſupponere meridionaliores, quàm ſit parallelus oppoſitus per Meroëm.

CAPVT X.

QVAPROPTER bene habet uſq; huc, ideſt, Aethiopes uſq; quemadmodum nobis traditio hiſtoriæ de monſtruoſis, quæ in illis degunt oris explicat, cōſtatq; Agiſymbam regionem, & Praſſum promontorium, cum iis quæ eidem ſubiacent parallelo, deſcribendam eſſe, ſub eo fermè, qui ipſi opponitur per Meroëm, hoc eſt, qui ab æquinoctiali meridiem uerſus diſtat partibus ęqualibus ſedecim ac tertia una cum duodecima, ſtadijs uerò octo milibus ac ducentis ferè. Ita ut ſi tota latitudo exactius colligatur, partes ſint nouem & ſeptuaginta tertia una cum duodecima, uel integræ octuaginta, ſtadia uerò milia quadraginta. Credendum prætereà, diſtantiam eam, quę eſt inter magnā Leptim & Garamam, quemadmodum & Flaccus & Maternus ſuppoſuerunt, ſtadiorum eſſe quinque milium quadringentorum. Siquidem uiginti dies ſecundi ſunt itineris, plus quam primi abbreuiati, tam ad meridiem quam ad ſeptentriones, quum primum propter diuerſiones dierum ſit triginta: nam & ſtadiorum numerū dierū uniuſcuiuſq;, eos qui loca illa peragrarūt, ſæpiſſimè annotaſſe ferūt, nō ſolum

Solo ab hominum colore, argumento primo ducitur Ptolemæus, deīde alia coniungit.

Tota terræ Ptolemæo cognitæ latitudo 2400. cōmunia miliaria ſiue leucas continet, ut uni gradui 30. reſpondeant. Plinius penult. cap. libri ſecundi 5462. paſuum milia. Strabo lib. 2. ſtadia 30. milia numerat.

ſolum quia ita cõmodum,ſed & propter æquationum diſtantias neceſſarium fuerit. Proinde quemadmodum de ijs magnis & raris dubitare oportet, præcipuè ubi diſtantiæ emenſæ haud cõcordant,ita de non magnis,ſed ſæpius & à multis peragrãtibus unanimiter relatis,credere decet.

DE IISQVAE AD *Longitudinem orbis non rectè à Marino ſunt excogitata.*

CAPVT XI.

IGITVR ex his nobis planè factum eſt perſpicuũ,quãtũ orbis latitudo extendi poſſit: longitudinem uerò Marinus contineri facit ſub duobus meridianis, qui interualla horaria diſterminant quidecim: nobis uerò uidetur & ea quoqꝫ diſtantiæ menſuratio plus extendi ad ortum ꝗ oporteat, etenim ſi hic quoque contractio facta fuerit rationabilis, tota longitudo non integris duodecim interuallis horarijs conſtabit: quum inſulæ Fortunatæ occidentaliſſimo termino conſtituantur æquales, orientali autem immaniſſimæ partes Seræ,ac Sinæ, necnon Cattigaræ. Porrò in diſtantia, quæ eſt ab inſulis Fortunatis ad Euphratis tranſitum, per Hieropolim, ſi parallelus, qui per Rhodum eſt, obſeruetur, quadrabit numerus ſtadiorum per ſingula loca ab ipſo relatus,nam id ex frequenti itineris uſu compertum eſt. Quinetiam ſi ex maioribus ratiocinatum fuerit diſtantijs, apparebit,eum in rectificatione illius,quod propter diuerticula & profectionum redundabat irregularitates,debitum aſſequutum eſſe.Sed & in hoc quoqꝫ rectè ſentit,partem unã qualium eſt circulus maximus tricentorum ſexaginta,quingenta in terra conſtituere ſtadia,id enim confeſſis dimenſionibus conſonum exiſtit. Circunferentiam autem ipſi ſimilem,paralleli eius,qui per Rhodum tranſit,hoc eſt,qui ab æquinoctiali abeſt partibus triginta ſex,quadringenta ferè comprehendere ſtadia,nam id quod iuxta conſentaneam parallelorum rationem ſuperat,quum in exactiori deprehenſione modicum exiſtat, obmittendum eſt. Cæterum diſtantiam eam, quæ à prędicto Euphratis tranſitu,uſqꝫ ad turrim eſt lapideam,ac per ipſum eſſe colligitur ſchœnorum octingentorum ſeptuaginta ſex, ſtadiorum uerò uiginti & ſex milium necnon ducentorum octuaginta:eam prætereà quam ipſe à lapidea turri uſqꝫ ad Seras, quæ Serum eſt metropolis,uiæ ſeptimeſtris eſſe,ſtadiorum autem triginta ſex milium & ducentorum aſſerit:utrãqꝫ tanqꝫ ſub eodem parallelo, ſecũdum inſtitutum noſtrum,in debitã contrahemus rectificationem. Quãdoquidem conſtat,eum in ambobus itineribus nequaqꝫ minuiſſe id quod propter diuerticula ſuperabũdabat:quin in ſecundo etiam itinere in eoſdem incidiſſe errores, quibus & in itinere à Garamantibus uſqꝫ ad regionem Agiſymbam,lapſus eſt. Nam & ibi quoqꝫ collectum ſtadiorum numerum menſiũ quatuor,& dierum quatuordecim plusqꝫ in dimidiam partem contrahere fuit coactus. Quũ incredibile ſit,tã longo tempore continuã peregrinationẽ factã fuiſſe,ut rationabiliter ſpaciũ ſeptem menſium attingere potuiſſet:& multomagis ꝗ in itinere à Garamantibus, nã illud à regionis illius Rege,cũ prouidẽtia,ut par erat, & non fortuito peragrari potuit,ſed & perpetua ibi fuit trãquillitas:uia autem quæ eſt à Turri lapidea ad Seras uſqꝫ,uehementiſſimis obnoxia eſt tẽpeſtatibus.Nã ex ijs,quæ ipſe ſupponit parallelis illis qui per Heleſpontum & Byzantium tranſeunt,ſubiecta eſt. Quapropter multas etiam in eundo moras accidere neceſſe fuit.Nam & per negociationis occaſionem cognita eſt.Refert enim Marem quendam,qui & Titianus uocabatur,uirum Macedonem,ac patre mercatore natum,dimenſionẽ hanc conſcripſiſſe,licet ipſe nunqꝫ ad Seras acceſſiſſet,ſed ſolum quoſdam illac miſiſſet.Atqui & ipſe Marinus mercatorũ hiſtorijs nequaqꝫ fidẽ adhibere uidetur.Nã Philemonis relationi,qua longitudinem inſulæ Hibernie ab ortu occaſum uſqꝫ uiginti dierum eſſe tradidit, haudquaqꝫ aſtipulatur,quoniam uidebatur hoc à mercatoribus ꝑcepiſſe,quos mercatura occupatos,ueritatis indagationem haud curare ait:quin ſæpius diſtãtias arroganti quadam iactatione augere.Proinde de peregrinatione iſta menſium ſeptẽ,nil aliud memoratu dignũ,ꝗ quanta fuerit,ab ijs qui illam exegerant,relatum eſſe mõſtro ſimile, ob temporis prolixitatem eſſe uidetur.

Quingenta ſtadia ab Eratoſthene, quem Macrobius, Plinius,Strabo & alij pleriq; ſequũtur, ſeptingenta deputata ſunt. Sed nos cũ Alphragano Ptolemæum ſequimur.

Schœnus triginta ſtadia cõtinet,quã mẽſuram Herodotus Paraſangẽ appellat:nos Paraſangam cõmunem leucam, ut uocant,4. miliarium,ſiue 32. ſtadiorũ facimus.

EMENDATIO *Longitudinis terræ cognitæ à peregrinationibus.*

CAPVT XII.

PROPTER hæc itaqꝫ,& quia iter non ſub uno ſit parallelo,ſed turris lapidea poſita ſit circa eum, qui per Bizantium, Seræ autem magis auſtrales, ſub eo, qui per Helleſpontum ſcribitur,rationabile uiſum fuiſſet,& hic quoqꝫ

multitudinẽ ſtadiorum,quæ ex ſeptimeſtri collecta eſt itinere,triginta ſex milium ac ducentorum, minus ꝗ in ſemiſſem diminuere. Cæterũ in dimidiũ,tanꝗ plenioris deprehenſionis gratia,tantũ contrahatur,ita,ut expoſita diſtantia eſſe cõputetur ſtadiorũ decem & octo milium, ac centum,necnon quartæ unius,partium uerò quadraginta quinq; ac quarta una.Etenim abſurdũ eſſet,& ſatis à ratione alienũ,ſi quis iuxta Marini opinionem in utraq; uia tantã ſupponeret diminutionẽ,ac in illa+ab Garamãtibus. quia argumenta reſiſterent,hoc eſt propter differentias animaliũ quæ per Agiſymbã ſunt regionem,ac loca naturalia tranſcẽdere nequeũt: in illa tamẽ uia,quæ eſt à Turri lapidea,ea quæ rationi ſunt conſona acceptare nolet,quoniam ibi nullum tale eſſet argumentum,ex quo ſimile quid ſequeretur .Sed per totam diſtantiam, ſiue ea maior exiſteret ſiue minor, ſimilem eſſe cœli qualitatem contenderet,ac ſi quis nequaꝗ recte per modum philoſophiæ peculiarem coniectare peſſet,niſi in ijs, que penitus manifeſta eſſent. Proinde diſtantia alia,ea in quam,quæ ab Euphrate ad lapideam eſt Turrim, octingentorum ſeptuaginta ſex ſchœnorum, propter uiarum diuerticula,ad octingentos ſchœnos tantũ,ſtadia uerò uiginti quatuor milia cõ trahẽda eſt.+Credatur enim ei,ꝙ in continuitate illa,& per partes cõmenſuratas,iãꝗ peragratas, ueram aſſequutus ſit dimenſionem,ꝙ uerò diuerticula habeat plurima , ex ijs manifeſtum eſt, quæ Marinus ipſe ſupponit. Concedatur enim uiã,quæ ab Euphratis traiectu per Hierapolim eſt ad Tigrim,& inde per Garameos Aſſyriæ,& Mediæ in Echatanas,& portas Caſpias,per Parthiamq; in Hecatonpylum,incidere circa parellelũ, qui per Rhodum tranſit:nam ille ſecũdum ipſum etiam per dictas ſcribitur regiones. Viam tamen,quæ ab Hecatonpylo in Hyrcaniã ciuitatem ducit,ad ſeptẽtrionem declinare neceſſe eſt,quum Hyrcania ciuitas,quodam modo in medio poſita ſit paralleli,qui per Smyrnam,& eius qui per Helleſpontum eſt, Quapropter is qui Smyrnam tranſit ,ſuper ipſam Hycarniæ regionẽ ſcribendus eſt:qui uerò per Helleſpontum,per partes auſtrales maris Hyrcani,quæ parũ+ſeptẽtrionaliores ſunt, quàm eiuſdẽ nominis ciuitas. Rurſus uia ab hac in Margianam Antiochiam per Ariam,primo quidem ab Aria,quæ ſub eodem parallelo ſita eſt,qui per Caſpias tranſit portas,ad meridiem declinat:inde ad Arctos,quum Antiochia illa collocata ſit ſub parallelo, qui ꝑ Helleſpontum tranſit,à qua,uia quæ ad Bactra ducit, protenditur ed ortum:quæ uerò inde ſequitur ad aſcenſum regionis montanæ Comedorum ad ſeptentriones. At illa,que per montana ipſa eſt,uſq; ad uallem , quæ campeſtria excipit , ad meridiem tendit. Si quidem Borealia & occidentaliſſima montanæ regionis,ubi eſt aſcenſus,ſub eo parallelo ponit,qui per Byzantium tranſit. Auſtralia autem , & quæ ad ortum uergunt , ſub eo qui per Helleſpontnm . Quapropter illam tradit reciprocam eſſe , ita ut modo ad ortum uergat,mox & ad auſtrum .Inde uiam, quæ ad Turrim uſq; lapideam eſt Schœnorum quinquaginta ad arctos declinare par eſt . Et enim uallem,inquit,aſcẽdentes lapidea excipit Turris,à qua montes qui ad ortum tendunt. monti coniungit Imao,qui à Palimbrotis inſurgit ad Arctum . Si igitur partibus ſexaginta , quæ ex uiginti quatuor milibus colliguntur ſtadijs,quot à Turri lapidea uſq; ad Seras ſunt, partes adijciantur quadraginta quinq; & quarta, interſtitium ab Euphrate ad Seras uſq; per Rhodi parallelum partium erit centum quinq; & quartæ unius. Quinetiam ex ijs quæ ipſe per particularem ſtadiorum numerum, tanꝗ ſub eodem parallelo ſupponit colligitur diſtantiam, quæ eſt à meridiano inſularum Fortunatarum,uſq; ad ſacrum Hiſpaniæ promontorium,partium eſſe duarum & ſemis. Hinc ad Bætis oſtia,& deinde ad Calpem utrobiq; pariter partes duas & ſemiſſem :quæ uero ſequitẽ ab oſtijs Bætis Carallim uſque Sardiniæ , partes eſſe quinq; & uiginti . A Carallis autem in Lylybæum Siciliæ quatuor & ſemiſſem , ac inde ad Pachynum tres , rurſusq; à Pachyno in Tenarum Laconiæ partes decem . Inde Rhodum octo & quartam , à Rhodo uerò ad Iſſum undecim cum quarta . Ab Iſſo autem ad Euphratem duas ac ſemiſſem,ita ut tota hæc diſtantia partium eſſe ſeptuaginta duarum colligatur. Longitudo uerò totius terræ cognitæ à meridiano per inſulas Fortunatas,uſq; ad Seras partium centum ſeptuaginta ſeptem cum quarta una.

In qua ad pl⁹ quã ſubtriplũ eſt facta dimunutio, ſupra cap.8.

Et gradus 60.tribuendo cuiq; gradui quadringenta ſtadia;ut mox fecit,ita enim exigit ratio paralleli per Rhodum.

Condonat Marino ut ſemper ſpectetur parallelus Rhodi⁹,quãquã à Turri ad Seras non ſit uſquequaq; uerũ.

Auſtraliores eas pelagi partes quã urbem ipſam Hircaniã alijs placet, ſed quia diſcrimẽ eſt modicum,nõ refert an æque auſtrales dixeris. uide in tabu.5.Aſiæ.

Euphrate ad turrĩ ſunt ꝑtes 60.et ſtadia 24.milia. A turri ad Seras partes 45 . & ſtadia 18000.

Terræ longitudo communes leucas conficit 4336.ad menſuram paralleli per Rhodum, ſed cap.14.aliquid huic longitudini addit Plin . 8685. mi.paſſuũ. Strabo 70.ſtadiorũ milia computat,quod ferè idem eſt.

Eadem emendatio à nauigationibus à Cory ad aureã Cherſoneſum.

CAPVT XIII.

PROINDE quis talem eſſe longitudinem etiam coniectare poſſet per interualla, quæ ipſe in nauigatione ponit ab India,uſq; ad ſinũ Sinarum & Cattigarorũ,ſi nauigationes ſecundum ſinuationes & irregularitates, necnon poſitiones

Hoc cap.& ſequẽti ſupradictã confirmat terræ longitudinem,ex particularibus qnq; diſtantijs trigĩta quatuor grad⁹ ac quatuor quintas longitudinis hoc capite colligens.

Primæ distātiæ nauigatio.

positiones cōsyderaret, iuxta appropinquationē adiectionum. Etenim à promontorio, quod post Colchicum est sinum, Coriq; uocatur, Argaricum sinum suscipi ait, qui usq; ad Cururam ciuitatem tria milia & quadringenta contineat stadia: Corimq; Cururæ ciuitatem, quasi à Borea sitam esse. Colligitur ergo trāsfretationem hanc, si tertia pars iuxta consequens Gangetici sinus fuerit subducta, duorū milium ac triginta ferè stadiorū, unà cū cursus inæqualitate existere: à qbus si cōtinuitatis gratia iterū pars tertia dēpta fuerit, stadia mille trecēta ac quinquaginta fermè deprehendentur, iuxta positionem ad Boream: quod spacium si ad parellelam æquinoctialis lineam, & tanq; ad Apeliotem traductum fuerit, per diminutionem medietatis congruenter intercepto angulo, distantiā, quę inter duos meridianos est habebimus, & eius quæ per Cory promontorium, & quę per Cururam est ciuitatem: stadiorum quidem sexcentorum septuaginta quinq;: partis uerò unius ferè cum tertia: propterea q parelleli per loca hæc nil nota dignum à maximo differant circulo. Rursus nauigatio à Curura ciuitate, inquit, ad hybernū solis est ortum, Paluras usq;, stadiorum nouem milium quadringentorum quinquaginta: à quibus si ob cursus irregularitatem tertiam illam pariter detraxerimus partem, distantiam, quæ ex continuitate conflat, & quasi uersus Eurū tendit, habebimus, stadiorum ferè sex milium trecentorum. Porrò si ab his quoq; sextam dempserimus partem, ut distantia ad lineam parallelam æquinoctialis redigatur, meridianorum quoq; horum distantiam inueniemus, stadiorū esse quinq; milium ducentorum quinquaginta, partium uerò decem & semis. Inde uerò sinum Gangeticum esse ponit, stadiorum decem & nouem milium, enauigationem uerò illorum, à Paluris ad Sadam milia tredecim, quasi ad ortum ęquinoctialem, Quapropter tertia tātum pars spacij huius, propter nauigationis irregularitatem detrahenda est, ita ut & horum meridianorum distantia esse relinquatur, stadiorum octo milium sexcentorum septuaginta, partiū uerò decem & septem cum tertia una. Reliquā uerò nauigationem à Sada usq; ad ciuitatē Tamalam, stadiorū esse facit trium miliū ac quingētorum, quasi ad ortum hybernum: à quibus si iterum tertiam deduxerimus partem habebimus cursus continui, stadia duo milia trecenta triginta: q si ob inclinationem ad Eurum sextam etiam dempserimus partē, expositorum quoq; meridianorum inueniemus distantiam, stadiorum esse mille noningētorum & quadraginta, partium uerò trium ferè necnon semis & tertiæ. Deinde transfretationem à Tamala, ad Chersonesum auream, stadiorum esse ponit, mille sexcentorum quasi rursus ad ortum hybernum, ita ut si ibi quoq; similes auferātur partes, relinquatur distantiam meridianorum stadiorum esse noningentorum, partis uerò unius, cum quintis quatuor. Distantia autem, quæ à Cory promontorio, ad auream usq; est Chersonesum, partium esse colligatur triginta quatuor cum quintis quatuor.

Aufertur prima tertia propter obliquitatem itineris in sinu Gangetico, secūda propter irregularem nauigationem & uētorū inæqualitatē: dein medietas, ut transuersalis ad Boreā linea ad æquinoctiali parallelam recta uersus orientē reducatur: alias enim non daretur longitudo terræ. ἀπηλιώτης uētus est, quem nos subsolanum dicimus.

Secundæ distantiæ nauigatio.

Tertiæ distantiæ nauigatio.

Quartæ distantiæ nauigatio. Temala est flu. nō ciuitas in tabu. 11. Asiæ.

Quintæ distantiæ nauigatio.

Conclusio.

De nauigatione à Chersoneso aurea ad Cattigara.

CAPVT XIIII.

CAETERVM stadiorum numerum eius nauigationis, quæ est ab aurea Chersoneso ad Catigara, Marinus haud explicat: refert autem Alexandrum scripsisse, terram inde contrariam esse meridiei, & qui iuxta + illam nauigant diebus uiginti applicare ad ciuitatem Zabas: à Zabis uerò nauigantes ad austrum, magisq; in læuam, diebus aliquot Cattigarā excipere. Adauget igitur distantiam expositam, dies aliquot pro multis excipiens: nam propter multitudinem, inquit, eos haud esse comprehensos numero. quod ego quidem ridiculum censeo. quis enim dierum numerus infinitus erit? etiam si totius terræ peragratæ ambitum contineat? aut quid prohibebat Alexandrum pro quibusdam dicere multos? quemadmodum Dioscorum + retulisse, inquit, nauigationem à Raptis ad Prassum, multorum esse dierum. Atqui rationabilius est, ut quis dies aliquot pro paucis intelligat, nam talem dicendi modum reprehendere consueuimus. Verum ne & nos quoq;, multitudinem aliquam propositam, ad simplices tantum coniecturas adaptare uideamur, assumamus nauigationem à Chersoneso aurea usq; ad Cattigaras ex uinginti diebus, qui ad Zabam, necnon ex alijs quibusdam qui ad Cattigara sunt compositam, quēadmodum & nauigatio illa ab Aromatis Ad Prassum promontorium, quæ & ipsa ex pari dierū numero uiginti, ad Rapta composita est, secundum Theophilum, & ex alijs multis, quæ secundum Dioscorum sunt ad Prassum, ut & Marinum pariter imitemur, qui dies aliquot comparat multis. Postquàm igitur per certas ratiōes, necnon ex apparentibus ipsis ostendimus, prassum esse sub parallelo, qui ab æquinoctiali abest, meridiē uersus partibus sedecim tertia una & duodecima, parallelusq; qui per Aromata transit, ab æquinoctiali uersus septentriōes partibus distet quatuor & quarta, ita ut si tota di-

In sinu Perimulli. co. tab. 1. Asiæ.

Suprà cap. 9.

ſtãtia, quæ ab Aromatis eſt ad Praſſum, in unũ contrahatur, partium uiginti & tertiarum duarum eſſe colligatur: forſitan non ineptè totidẽ ab aurea Cherſoneſo ad Zabas ponemus, ac inde ad Cattigaram. Porrò diſtãtiam, quæ eſt ab Cherſoneſo aurea ad Zabas, imminuere haud oportet, quoniã æquinoctiali parallela exiſtit, & quia regio intermedia meridiano extenditur contraria: at etiam diſtantiam, qua eſt à Zabis ad Cattigaram, quia nauigatio uergit ad auſtrũ & ad ortum, contrahere decet, ut poſitionẽ, quę æquinoctiali eſt parallela, capiamus. Si itaq; dimidium partium, utriq; attribuamus diſtantiæ, propter incertum eorũ exceſſum, & à partibus, quæ à Zabis ad Cattigaram ſunt decem cũ una tertia, iterum tertiã partem, propter inclinationem detraxerimus, habebimus diſtãtiã quoq; ab aurea Cherſoneſo ad Cattigaram, poſitione ſua, quaſi æquinoctiali parallelam, partium decem & ſeptẽ cum ſexta quaſi. Atqui oſtenſum eſt, +diſtantiam à Cori promõtorio, uſq; ad auream Cherſoneſum, partium eſſe triginta quatuor & quatuor quintorum: tota igitur diſtantia, quæ eſt à Cori Cattigaram uſq;, partium fermè quinquaginta duarum eſſe colligitur. Verũ meridianus, qui & per Indi fluminis principia: paulò ſecundum Marinum occidẽtalior eſt boreali Taprobanes promontorio, quod ex oppoſito Cory ſitũ eſt: at Taprobane diſtat à meridiano, qui per Bætis fluminis eſt oſtia, horarijs interſtitijs octo, partibus uerò cẽtum uiginti, meridianus uerò ille q per Betis trãſit oſtia, ab eo qui per Fortunatas eſt inſulas, partibus quinq;. ita ut meridianus per Cory à Fortunatis diſtet inſulis paulò plus partibus centum uiginti quinq;: qui uerò per Cattigarã ab eo, qui per Fortunatas tranſit inſulas ad illud idẽ promontorium paulò plus partibus cẽtum ſeptuaginta ſeptem: ſecundum eandem fermè diſtantiam partium, quæ per Rhodienſem colliguntur parallelum. Sed ſupponatur totam longitudinem uſq; ad Sinarum metropolim, partium eſſe integrarum centum octuaginta, horarũ uerò duodecim, quoniam omnes cõſentiunt eam Cattigaris orientaliorem eſſe: colligentur per Rhodienſem longitudinem ſtadia ſeptuaginta duo milia fermè.

Capi. præcedenti.

Longitudo terræ p Rhodũ, cuius gradui tribuendo quadringenta ſtadia.

De ijs, quæ in particulari expoſitione Marini diſſentiant.

CAPVT XV.

IGITVR diſtantias uniuerſaliter in tantum cõtraximus, & lõgitudinis ad ortũ, & latitudinis ad meridiẽ, ꝑpter cauſas expoſitas. Cæterũ & particulariter ciuitatũ poſitiones multoties emẽdatione dignas putamus, in quibus pugnantes, aut non conſequentes expoſitiões fecit, propter compoſitiones diffuſas & uarias, diuerſis editas commentarijs, quẽadmodum in ijs quæ oppoſita eſſe credidit. Nam Tarraconem ait ex oppoſito Iuliæ Cæſareæ ſitã eſſe, meridianum per hanc & mõtes Pyrenæos ſcribens, qui tamen non parum Tarracone ſunt +orientaliores. Pachynũq; Lepti magnæ, ac Theænis Hymeram opponit, diſtãtia à Pachyno ad Hymeram quaſi ſtadiorũ quadringẽtorum collecta: ea uerò quæ à Lepti ad Theænas eſt, ſupra mille quingentorũ, quẽadmodum ex ijs patet, quæ Timoſthenes ſcribit: rurſusq; Tergeſtum Rauennæ opponi inquit, & ab intimo ſinu Adriæ, qui iuxta Tiliauemptum eſt fluuium Tergeſtum abeſſe uerſus ortum æſtiuum ſtadia quadringenta, Rauenam uerò ad hybernum ortum ſtadijs mille. Similiter Chælidonæas refert Canabo oppoſitas eſſe, Acamantaq; Papho, Paphum autẽ Sebennito: uerùm diſtantia, quæ ab ipſo, à Chælidonæis in Acamantam mille ſtadiorum, necnon quæ à Canabo in Sebennitum, à Thimoſthene ducentorum nonaginta eſſe ponitur, ſi ſub eiſdem iaceret meridianis, longè maior eſſe deberet, quoniam maioris paralleli ſubtendit circũferentiã. Rurſus Piſam à Rauenna Libonotum uerſus diſtare ait ſtadijs ſeptingentis, per diuiſionẽ tamen climatũ, necnõ horariorũ interuallorũ, Piſam quidem in tertio interſtitio horario ponit, Rauennã uerò in q̃rto. Quin & quũ Nouimagium Britannia auſtralius eſſe dicit miliaribus quinquaginta nouem, Borealius tamen per climata oſtendit: Athum quoq; ordinans ſub parallelo, qui per Helleſpontũ tranſit, Amphipolim tamen & loca circũiecta, ſuper Athũ & Stymonis oſtia ſita, in quarto climate, ac infra Helleſpontum ponit. Similiter quum Thracia ferè tota ſub parallelo qui per Byzantium tranſit poſita ſit, uniuerſas tamen ciuitates eius mediterraneas, in climate quod ſupra hunc parallelum eſt, conſtituit. Quinetiam Trapezuntem, inquit, ſtatuemus ſub parallelo qui per Bizantium tranſit, Sataliaq; Armeniæ oſtendẽs à Trapezunte abeſſe meridiem uerſus, miliaribus

Hoc uerum ea parte, qua ad mediterraneum mare uergunt.

ribus sexaginta. secundum tamē parallelorum descriptionem, eum, qui per Bizantium transit, per Satalia, & non per Trapezuntem ducit. Sed & Nilum fluuium se ueritati consonum, describturum inquit, ex quo primum à meridie ad arctos usq; Meroem accedere uidetur, pariter & Aromatum nauigationem ad paludes, ex quibus Nilus fluit, Aparctia perfici. Veruntamen Aromata orientaliora sunt q̃ Meroe: nam & Ptolemais ferarū orientalior est, q̃ Meroe & Nilus, decem dierū itinere aut duodecim: Ptolemaide item orientaliores existunt Angustiæ Adulici sinus, quæ sunt iuxta Ocylem Chersonesum & Dyren, stadijs tribus milibus quingētis: illis uerò adhuc orientalius est magnorum Aromatum promontorium, stadijs quinq; milibus.

Aparctia, id est septentrionali uēto, qui græcè ἀπαρκτίας dicitur.

Quod eum latuere quædam in prouinciarum terminationibus.

CAPVT XVI.

QVINETIAM circa regionum fines quædam eū latuere, quēadmodum quum totā Mysiā ab ortu, mari terminat Pōtico, Thraciam uerò ab occasu, Mysia superiori. Quin & Italiam à septētrionibus solum Rhætia finit, ac Norico: sed & Panno niam à meridiæ sola Dalmacia, & nō etiam Italia terminari scribit. Sogdianos prætereà mediterraneos, & Saccas, à meridie Indiæ contermi nos esse: duos insuper parallelos, & eū qui per Helespontum transit, & qui per Byzantium, suntq; Imao monte, qui in India septētrionalissimus est Borealiores, nequaquàm per dictas scribit gentes, sed potius illum, qui per mediū Ponti transit.

In Quibus ipse dissentit ab ijs, quæ nostro æuo historijs sunt prodita.

CAPVT XVII.

IN HIS igitur & talibus, minus sibijpsi Marinus constitit, siue ob multitudinem & diuersitatem compositionum, siue quia nondum etiam in ultima æditione, uelut ipse dicit, ad tabulæ descriptionem peruenerit: per quam solum climatum, & horariorum interstitiorum rectificationem facere potuisset. Quædam uerò ne nunc quidem præsentibus conueniunt relationibus, uelut Sachalitis sinus, ab occasu Syagri promōtorij ab ipso positus. Siquidem omnes planè, qui per loca hæc nauigarunt, unanimiter nobis astipulantur, ab ortu Syagri Sachaliten Arabiæ regionē esse, ac eiusdē nominis sinum. Rursusq; Simylla Indiæ emporium, non solum Mareo promōtorio occidentalius ab ipso positum est, sed etiā flumine Indo: quum solum fluuij ostijs, meridionalius esse perhibeatur, etiā ab ijs, qui hinc illac nauigarunt, & qui multo tempore in locis illis uersati sunt, necnon ab ijs etiam, qui illinc ad nos applicuere, uocariq; ab indigenis aiunt Timula: à quibus & alia circa Indiam, & eius prouincias, particularius didicimus, etiam regionis illius interiora, usq; ad auream Chersonesum, ac inde ad Cattigaram usq;. Siquidem in hoc concordant, nauigationem eorum, qui illàc tendunt ad solis ortum esse, rursusq; inde redeuntium ad occasum: pariterq; cōsentiunt, nauigationis tempus irregulare & inordinatum existere. Quodq; ultra Sinas, Serum iaceat regio, & metropolis, ac q͂ his orientalior terra sit incognita, stagna habens paludosa, in quibus calami nascuntur magni, & ita compacti, ut homines illi, cum ijs transfretare soleant. Et q͂ nō solū inde ad Bactra iter sit per Turrim lapideā, sed & in Iudeam quoq; per Palimbothra: uia autem, quæ à Sinarum Metropoli ad portum est Gattigarę, occasum uersus & meridiem tendit, quapropter nequaq; in eum cadit meridianū, qui per Sinas est & Cattigarā, ut Marinus refert, sed in aliquem, qui orientalior existet. Porrò & à mercatoribus, qui ab Arabia felici, ad Aromata & Azaniam, necnon Rapta nauigāt (quæ cuncta proprie Barbaria uocantur) certiores redduntur, nauigationem illam non exactè ad meridiem esse, sed hanc quidem ad occasum & meridiem: ea uerò transfretatio, quæ à Raptis ad prassum est, ad ortum & meridiem, Paludes quoq;, ex quibus Nilus fluit, non esse iuxta mare, sed multo interiores: ordinemq; à littore Aromatum, & à Sinis ad Raptum promontorium, alium esse quàm Marinus retulerit: ex nauigatione quoq; ibi, diei unius ac noctis, non multa colligi stadia, ob mutationem uentorum sub æquinoctiali uelocem, sed ad

Azaniæ non meminit in sequentibus Ptolemæus, sed Plinius, ut annotauimus lib. 4. cap. 7.

Hæc omnia i quarta Africæ tabula licet uidere ad sinum Barbaricum.

summum, stadia quadringenta aut quingenta. Primum autem sinum contiguum esse Aromatis, in quo post unius diei iter ab Aromatis Pano esse uicum. Opponemq; emporium à uico distare itinere dierum sex: post hoc quoq; emporium, alium cõiungi sinum, principium Azaniæ, in cuius principio Zingina esse promontorium, & Phalangida montem tricipitem: solumq; sinum hunc uocari Apocota, qui duobus trãsfretari possit diebus & noctibus: posteà paruum sequi litus, in transitu distantiarum trium, & aliud quoq; quod Magnum litus appellatur, distantiarum quinq;, quæ distantiæ ambæ pariter diebus & noctibus quatuor enauigari possint: his quoq; coniungi alium sinum, in quo emporiũ sit, quod uocatur Essima, post nauigationem dierum duorum & noctium. Inde Serapionis portum, nauigatione diei unius, posteà sinum auspicari, qui ad Rapta ducit, triũ dierum & noctium transfretationem habentẽ, iuxta cuius principia emporium esse, quod uocatur Nici: apud Raptum uerò promontorium fluuium Raptũ ac Metropolim nominis eiusdem, parum distantẽ à mari. quod uerò à Raptis ad Prassum usq; est promontorium, sinum esse maximum, non tamẽ profundum, circum quem Barbari habitent Antropophagi.

Quàm sint inutiles Marini compositiones ad designationem orbis.

CAPVT XVIII.

QVAE igitur cognitionem aliquam, ab ipsa historia consequi debeant hucusq; annotata sint, ueruntamen ne quibusdam contentionem potius q̃ emendationem suscepisse uideamur, singula nobis per enarrationem particularem manifesta erunt: nunc uerò restat, ut ea quę ad descriptionis pertinent aggressionem, consyderemus. Proinde quum duplex illius sit modus: primus qui orbis dispositionem in parte sphæricæ superficiei designat: secundus uerò qui in plano: ambobus id conuenuit, ut proponatur quædam operis facilitas: hoc est, ut ostendatur, quonam modo, etiam si nullum propositum sit exemplar, ex sola ea, quæ per commentaria traditur doctrina descriptionem, quantum fieri potest cõmodissimè facere possimus. Etenim + traductio assidua à prioribus exẽplaribus ad posteriora, propter uariationem paruam, mutationes admodum dissimiles in rem hanc egregiam inducere solet. Per modum etiã illum, qui solis commentarijs traditur, si non sufficientem illum ad demonstrationem expositiõis esse cõtingat, impossibile erit ijs, qui exemplari carent, rite consequi propositũ. Quod & nunc q̃ plurimis euenisse uidemus, in tabula, quam Marinus composuit. Cum enim exẽplaria ultimæ eius æditionis assequi nequiuerint, sed solum ex commentarijs rem ruditer & quasi per coniecturã aggressi sint. in plurimis quæ confæsse sunt collectionis errauerunt, propter ineptitudinem & confusionem institutionis, quemadmodum unicuiq; experto consyderare licet. Quum enim ad singula loca designãda necesse sit, & longitudinis, & latitudinis positionem habere, ei qui illa debito ordine collocare uelit, non tamen confestim quis eam in cõpositionibus inueniet, sed separatim: hic enim latitudines tantum deprehendet, ueluti in positione parallelorum, alibi autem longitudines solum, quẽadmodum in meridianorum designatione. Vt plurimum tamen utraq; hæc in eisdem commentarijs haud inueniet, sed in alijs quidem paralleli describuntur, in alijs uerò meridiani: ita ut tales in positionibus semper alterius ope indigeant, penitusq; ad cõsyderationẽ, quo loco constituẽda sint singula, oĩm opus sit euolutione commentariorum: quoniam in omnibus aliter de eisdem dicitur. Et si non inquirimus, quæ secundum quamlibet speciem, de eodem exposita sunt loco, illa nos Latebunt, aberrabimusq; in multis, q̃bus uera obseruatio cõtingere deberet. Proinde in ciuitatum dispositione, littorales aliquis facilius describere posset, si penitus ordinem quendam in ipsis obseruaret: mediterraneas uerò non ita, quum nulla adhuc habitudo, siue inter ipsas inuicem, siue ad littorales illas sit signata, præterquàm in paucis, in quibus euenit, ut nonnunq; longitudinis meta, aliquando uerò latitudinis locus sit definitus.

Contrà etiã exemplaria, siue chorographicas tabulas sine locorũ notis fabrefacere, periculosum, propter librariorum i trãscribendis numeris errata. Id etiam esse minus elegans, docet Ptolemæus duobus sequentibus capitibus.

Separatim de his disseruit Marinus, & malè.

De cõmoditate enarrationis nostræ ad designationem orbis.

CAPVT XIX.

QVAPROPTER duplicem nos laborem suscipimus. Primum ut uiri opinionem per totã obseruemus compositionem, præterquàm in ijs, quibus rectificatio quædã cõtigit. Deinde ut ea quæ ab ipõ manifesta non sunt facta, per historias moderniores, uel ordinẽ tabularum magis accuratarũ, q̃ com

commodissimè aperiremus, quò descriptio debitum suum assequi posset decorem. Quinetiã facilioris modi gessimus curam. Nã super omnes prouincias singulatim proprias circunscriptiones, qualesq; tam secundum lõgitudinem, quàm latitudinem positiones habeãt, diligenter ordinauimus: ac insuper potissimarũ gentiũ, quę in illis degunt, adinuicẽ habitudines, necnõ insigniorũ urbiũ, ac fluminũ, sinuumq;, & montiũ, ac aliorũ, quæ in orbis tabulã incidere possunt, exactas distãtias: hoc est, quot distant partibus, qualium est circulus maximus trecentarum sexaginta. Secundum longitudinem quidem distantias notauimus super æquinoctiali, inter meridianum per locum descriptum, & eũ qui occidentalem finem terminat. Secundum latitudinem uerò, super meridiano, inter eius loci parallelum & ęquatorem. Sic enim confestim uniuscuiusq; loci positionem cognoscere poterimus: necnon per diligentiam locorum particularium, prouinciarum etiam inter se habitudinem, ac ad totum deniq; orbem.

De mensuratione inconcinna tabulæ Geographicæ à Marino compositæ.

CAPVT XX.

VTRAQVE autem designatio proprium quid habet. Nã descriptio in sphæra fienda, ex semetipsa similitudinem retinet figuræ terræ, nulliusq; alterius ad opus hoc indiget artificio: non facilè tamen magnitudinẽ præbet, quæ suscipere possit multa, quæ necessario suo collocãda sunt loco: neq; descriptionem, ut unico momẽto cerni ualeat, toti figuræ adaptare potest: sed alterum ad alterius designationem trãsferre necesse existit: hoc est, aut uisum, aut sphæram: quorum neutrum descriptioni, quę in plano fit accidit, sed modũ quendam ad similitudinem sphæricæ imaginis inquirit, ut distantias, quæ in ea statuẽdæ sunt, quàm maximé commensuratas faciat, ac secundũ eam apparentiam, quæ cum uera conueniat. Quod Marinus scientiæ haud quaq; fortuitæ esse censuit, penitusq; omnes descriptionũ planarum modos reprehendit: nihilominus tamẽ eo ipse usus esse uidetur, qui ex omnibus minimè; commensuratas faciat distantias: nam pro cunctis circulorum, necnon parallelorum & meridianorum lineis, rectas substituit, ac etiam meridianorum æquidistantes inuicem, similes parallelis: solum autem parellelũ, qui per Rhodum est, obseruauit meridiano cõmensuratũ, secundum similium in sphæra circunferentiarum sesquiquartam ferè rationem, circuli magni ad parallelũ, qui ab æquinoctiali distat partibus triginta sex. Aliorum autem nullam curã gessisse uidetur, neq; symmetriæ, neq; sphæricæ designationis gratia. Primum enim constituto uisu, ad medium borealis quadrantis sphęræ, in quo maxima pars orbis describitur, meridiani rectarum linearum imaginationem prębere possunt, quum unusquisq; ex reuolutione contrarius statuitur, caditq; planum ipsius per uerticem uisus: uerũ nõ ita paralleli, propter abscessum poli borealis, circulorum autem segmẽta manifestè ostendunt cõuexietates suas ad meridiem conuertere. Pręterea, quàm is secundũ ueritatem pariter & imaginationem ijdem meridiani similes quidem, inæquales tamen circunferentias in parallelis secundum magnitudinẽ differentibus, intercipiant, ac semper maiores, in ijs, qui æquinoctiali sunt proximiores. Marinus tamen omnes facit æquales: distantias autem climatum, quæ borealiora sunt, quàm parallelus, qui per Rhodum transit, plusq; ueritas patiatur extendit. Eas uerò quę australiores sunt, in minus contrahit, ita, ut ille iam non amplius stadiorum numero, qui ab ipso positus est congruant: sed sub æquinoctiali quinta potissimum eorum parte deficiant, quota & parallelus, qui per Rhodum est, deficit ab æquinoctiali. Distantias autem quæ sunt sub parallelo, qui per Thyelem transit, quadruplici sua quinta adauget, quot & parallelus per Rhodum excellit illum, qui per Thylẽ transit. Parallelus enim qui per Rhodum scribitur, ab æquinoctiali distat partibus triginta sex, talium ferè est nonaginta trium, qualium æquinoctialis uel meridianus centum & quindecim: qui uerò ab æquinoctiali distat partibus sexaginta tribus, scribiturq; per Thylem, prædictarum æquinoctialis aut meridiani partiũ est quinquaginta duarũ.

Sesquiquarta est proportio æquatoris ad parallelum Rhodiũ, & unus eius paralleli gradus ad 48. mi. æquatoris reducitur.

Meridianus, oculo ĩ eius superficie cõstituto, apparet linea recta, ex. 22. ꝓpositione perspectiuæ Euclidis: in parallelis autem obliquitates apparent linearum ad meridiem uergentium, ob eleuationem poli borealis.

Quæ proportio dicitur sup quadrupartiens quintas.

Quænam obseruanda sunt in designatione fienda in plano.

CAPVT XXI.

QVAPROPTER bene ob hæc erit, ut lineæ quæ pro meridianis ponentur rectæ seruentur: quæ uerò parallelis, ut in circulorum segmentis per unum & idem centrum scribantur: à quo ✠ per suppositũ borealem polum meridionales rectas lineas ducere oportebit, quo præ omnibus similitudo secundum habitudinem ipsam, & forma sphæricæ seruetur superficiei: ita tamen, ut meridiani absq; ✠ declinatiõe ad parallelos remaneant, ac etiã in communẽ illũ polum coincidant. Cæterum, quum possibile haud sit, ut per omnes parallelos proportio seruetur ad sphærã, satis erit ut hoc in eo, qui per Thylem est, ac in æquinoctiali obseruetur, quo latera, quæ latitudinem secundum nos complectuntur, ueris fiant cõmensurabilia. Qui uerò per Rhodũ scribitur super quo in distantijs longitudinis plurimæ factæ sunt indagatiões, per diuisionem proportionis ad meridianum, ueluti Marinus fecit, designari debet: hoc est, iuxta sesquiquartam ferè, similiũ circunferẽtiarum rationem, quo magis nota orbis longitudo rectè cum latitudinis mensura cõueniat. Huius uerò instructionis modum deinceps manifestum reddemus, quũ exponemus, quo pacto in sphæra descriptio fieri debeat.

✠ Tu ita lege. Ad quod centrũ, quod supponitur esse borealis polus.

Cap.24.

✠ Id est inflexione, quia non erunt lineæ curuæ, ut paralleli.

Qualiter oporteat orbem in sphæra describere.

CAPVT XXII.

MAGNITVDINEM igitur sphęræ, aut multitudinẽ locorũ designandorum, inuentio præparantis discernet, quo firmitudinem habeat simul & decorem: quanto enim hęc plus augetur, tanto etiam descriptio, sincerior pariter & manifestior fieri poterit. Quantacunq; igitur fuerit, poli ipsius sumantur, accurateq; eis semirculum adaptemus, qui parum & nisi tantum à superficie distet, ut illam in reuolutione non atterat. Semicirculus uerò tenuis sit, ne multa obumbret loca. Alterũ uerò latus exammussim per ipsa signa, quę per polos transeunt, habeat extensum, ut per illud meridianos scribamus: quod & in cẽtum octuaginta diuidemus particulas, numerosq; assignabimus, à media, quæ per æquinoctialem futura erit sectione, initium faciẽtes. Similiter & æquinoctialem describentes, alterum illius semicirculum in æquas centum & octuaginta diuidemus partes: huiusq; numeri principium ab eo termino inchoabimus, per quem & occidentalissimum describemus meridianũ. Descriptionem autem longitudinis & latitudinis, ex commentarijs, in quibus annotatæ sunt partes, secũdum unumquemq; locum signatum faciemus, necnon à diuisionibus semicirculorum æquinoctialis, & mobilis meridiani: huncq; ad ostẽsam longitudinis partem circunferemus, hoc est, ad numerum qui æquinoctialis continet sectionẽ: latitudinis uerò distantiam ab æquinoctiali, ex ipsa meridiani diuisione sumemus, & iuxta numerum ostensum, signationẽ ponemus, eodem modo, quo & in locatione stellarum super sphæram solidam. Similiter & meridianos scribere licebit, per tot lõgitudinis partes, quot uoluerimus, pro norma utentes latere circuli diuisi. Parallelos autem per tot partes scribere poterimus, quot distantiarum erit commensuratio, si signum illud: quod eos describit (numero peculiarem distantiam lateris signante) apponamus, circunferamusq; cum ipso circulo usq; ad meridianos, qui terminos cognitæ telluris segregant.

Medietatẽ tantũ sphæræ describit, quia suo seculo illa sufficiebat.

Per denos gradus solent apponi & meridiani & paralleli: quanquam cap. sequenti aliter scribat Ptolemæus.

Expositio Meridianorum & parallelorum qui descriptioni sunt apponendi.

CAPVT XXIII.

PROINDE isti interstitia horaria complectentur duodecim, demonstratis consequẽter. Scribatur autem parallelus, qui australiorem terminat plagam, ut tantum distet ab æquinoctiali, meridiem uersus quantum parallelus per Meroem uersus septentriones. Cæterum meridianos per tertiam partem unius horę æquinoctialis scribi debere, commensurabile nobis uisum fuit. hoc est, per particulas quinque earum quæ in æquinoctiali comprehensæ sunt: parallelos autem qui ęquinoctiali sunt borealiores ita.

Primum quidem, ut ab ipso per quartam unius horæ differat, ac secundum meridianum, quemadmodum demostrationes lineares ferè subijciunt, partibus distet quatuor & ¼.

Secundum, ut per dimidium horę unius differat,

Meridiani, scilicet extremi, horaria spacia duodecim complectuntur, ut ex demõstratis cõsequitur.

Per Taprobanem trãsire quidã affirmant, quod negat Solinus.

Per Aualicũ sinũ.

rat,pariterq́; distet partibus octo $\frac{1}{2}$.

Per Adulicũ sinũ: & est initiũ primi climatis.

Tertium,ut per horam dimidiam & quartam horæ unius differat, partibus uerò distet duodecim semisse.

Hinc Diameroes, primum clima.

Quartum,ut per horam differat unam distetq́; partibus sedecim $\frac{1}{2}$.scriptumq́; per Meroëm.

Per Napatos: initium secundi climatis.

Quintum,ut differat per horam unam & quartam,ac distet partibus uiginti quarta una.

Sextum uerò & sub æstiuo tropico ,ut per horam unam & dimidiam differat, distetq́; partibus 23. dimidia & tertia,scriptumq́; per Syenem.

Diasyenes.2.clima.

Per Ptolemaida. Thebæ.cli.3.

Septimum,ut hora una ac dimidia necnõ quarta differat,ac partibus distet 27.$\frac{1}{4}$.

Per Alexandriam Aegypti.

Octauum,ut horis differat duabus, distet uerò partibus 30.cum tertia.

Per Babyloniã & phœniciam: principium.4.climatis.

Nonum uerò,ut differat horis duabus cũ quarta, distetq́; partibus 33.& tertia.

Decimum,ut horis duabus & dimidia differat ac distet partibus 36 $\frac{1}{12}$.scriptũq́; per Rhodum.

Per Smyrnam: initium.5.climatis.

Vndecimum,ut differat horis duabus cum dimidia & quarta,distetq́; partibus 38.cum dimidia ac duodecima.

Per Romã & Hellespontum.

Duodecimum,ut horis differat tribus,ac distet partibus 40.dimidia tertia & duodecima.

Per Cõstantinopolim Maßiliam:clima.6.

Decimum tertium,ut differat horis tribus cũ quarta,distetq́; partibus 43.& duodecima.

Per mediũ Euxinũ pontum.

Decimum quartum uerò,ut differat per horas tres cum dimidia,ac partibus distet 45.

Per Boristhenis ostia.7.cli.

Decimum quintum,ut horis differat quatuor distetq́; partibus 48.dimidia & $\frac{1}{12}$.

Per Coloniã Agripinam.

Decimum sextum,ut differat horis quatuor & dimidia ac distet partibus 51 $\frac{1}{2}$.

Per Tanais ostia.

Decimum septimum,ut quinq; differat horis, distetq́; partibus 54.

Per mediã Britanniam.

Decimum octauum,ut differat horis quinq; cũ dimidia, ac distet partibus 56 $\frac{1}{6}$.

Per hyberniæ australiora.

Decimum nonum,ut sex differat horis,distetq́; partibus 58.

Per hyberniæ septentrionaliora.

Vigesimum uerò,ut horis differat septẽ,ac distet partibus 61.

Alius potest per sueciam & extrema Scythiæ describi,differens horis 10.distans gra. 65. & dimidio.

Vigesimum primum,ut per octo differat horas,distetq́; gradibus 63. ac scriptum per Thylem.

Alius per Lapones, ubi dies mensium duorum latitudo 70 . graduũ.

Scribetur & alius ad meridiem ab æquinoctiali,qui horæ dimidiæ contineat differentiã, qui & per Raptum promontorium & Cattigaram transibit loca oppositione sua ferè æqualia , ac distet ab æquinoctiali partibus octo . $\frac{1}{2}$.

Modus per quem orbis in plano ita describi poßit ut commensuratione similis sit positioni sphæricæ.


CAPVT XXIIII.

IN DESCRIPTIONE uerò quæ in tabula fit,modus Symetriæ præcipuorũ perallelorũ talis nobis erit. Præparabimus tabulam parallelogramã rectangulam,ueluti est A B C D, habeatq́; latus A B duplum ferè quã A C: supponaturq́; recta A B secundũ positionẽ superiorẽ,quæ in descriptione uersus partes erit Boreales. Deinde diuidemus A B bifariã,& ad rectos angulos lineæ rectæ E F normam illi cõmensuratã , & rectã adaptabimus:ita ut linea media E F sua longitudine,sub una rectitudine, usq; ad E G ,ꝑtrahatur:sumamusq́; ab ipso E usq; ad G triginta quatuor partes tales,quales sunt per lineã rectam G F centum triginta una & tertia cum duodecima:super cẽtroq́; G per signum interstitij,quod ab eo abest per lineam G H sectionibus septuaginta nouem,circulum scribemus, qui pro eo erit parallelo,qui per Rhodũ trãsit, nempe H K L. Pro terminis uerò lõgitudinis quæ ex sex horarũ colligunt̃ ĩterstitijs ab utraq; parte K,sumamus super G F medij meridiani linea distantiam quatuor interstitiorum, quę in parallelo per Rhodum similes sint quinq;, per sesquiquartam ferè rationem maximi circuli ad ipsum,talesq́; distantias decem & octo constituemus ab utraq; parte puncti K,secundum circunferentiam H K L:habebimusq́; signa, per quæ coniungere oportebit ab G meridianos, qui tertiæ partis horarum interualla comprehẽdant:ita ut G H M & G L N longitudinis terminent fines. Consequenter uerò & parallelus qui per Thylem est,scribetur,distantia quæ absit ab G super linea F G sectionibus 52.ueluti O P Q:æquinoctialis uerò,ut similiter distet à G per lineam F G sectionibus 115. qui sit R S T: oppositus uerò per Meroem & australissimus,ut distet à G sectionibus 131. cũ tertia & duodecima,ueluti M V N. Ratio igitur ipsius R S T ad O P Q colligetur quemadmodum 115.ad 52.secũdum rationem parallelorum horũ in sphæra: quandoquidem qualium G S supponitur 115.talium est & G P sectionum quinquaginta duarũ. Et queadmodũ se habet G S ad G P,sic se habet circũferẽtia R S T ad O P Q. Deprehendetur autem & meridiani P K distantia, hoc est ea,quæ ab parallelo,qui per Thylem transit ad illum qui est

Non seruatur proportio æquinoctialis ad circulum ꝑ Rhodum, quæ est 115. ad 93. ferè sicut nec aliorũ parallelorum exacta ratio hic potest seruari:sed solius paralleli per Thylẽ, & æquatoris.

per Rhodum ſectionum 27, diſtantia uerò K S, id eſt à parellelo, qui per Rhodum ad æquinoctialem uſq;, earundem ſectionum exiſtit 36. At diſtantia S V, hoc eſt ea, quæ ab æquinoctiali eſt ad oppoſitum ei, qui eſt per Meroem, earundem 16, cũ tertia & duodecima. Præterea qualium eſt diſtantia P V, ſecundũ latitudinem terræ cognitæ, ſeptuaginta nouem cum tertia & duodecima, aut integrarum octuaginta, talium erit & H K L media ſecundum longitudinem diſtantia, centum quadraginta quatuor, ſecundum ea, quæ demonſtrationibus ſupponuntur. eandem enim rationem fermè habẽt quadraginta milia latitudinis, ✢ ad ſeptuaginta duo milia longitudinis in parallelo, qui per Rhodũ tranſit. Porrò & reliquos ſcribemus parallelos: ſi rurſus centro G uſi fuerimus, & interſtitijs, quę diſtant ab S æqualibus ſectionibus, ut expoſitum eſt, ab receſſibus æquinoctialis. Cæterũ non oportet ut eas lineas, quæ pro meridianis ponuntur, ad parallelum uſq; M V N rectas ſcribamus, ſed ſolum uſq; ad æquinoctialem R S T: ac poſteà circunferentiam M V N diuidemus in æqualia, & numero paria ſegmenta, quæ attribuemus meridianis illis, qui per Meroem ſumuntur, ſectionesq; illas coniungemus, cum meridianis, qui rectè ſuper æquinoctialem incidũt, ut appareat, qualis ex inuerſione tranſſumpta, ſit ab altera æquinoctialis parte & ad meridiem declinans poſitio, ueluti oſtendunt R X & T Y lineæ.


Latitudinem terræ dixit ſupra cap. 10. eſſe quadraginta millium ſtadiorum: longitudinem uerò per Rhodum cap. 14. cõcluſit eſſe ſtadiorum ſeptuaginta duorum millium. quæ proportio in hac figura ſeruatur.



DEMVM propter facilem locorum ordinandorum adnotationem iterũ regulamentũ tenue faciemus, quod æquale ſit longitudini G F tantũ: illudq; firmabimus in G, ita, ut cũ per totam longitudinem deſcriptionis circũferatur, exactè rectis alterius lateris congruat meridianis, quo ſectio eius per medium cadat polũ: latusq; hoc in ſegmenta, ſi ad G F pertinere debent, cẽtum triginta & unam diuidemus, aut ſolum in ſegmenta centum quindecim, ſi G S reſpiciant: numerosq; adnotabimus facientes initium à ſectione quæ per æquinoctialem eſt: à quibus & parallelos ſcribi intelligere poſſumus, ne dum meridianũ, qui in deſcriptiõe eſt, in omnia ſegmenta diuidimus & ſignamus, inſcriptiones locorum, quæ ſuper ipſum caſuræ ſunt confundamus. Partiemur igitur æquinoctialem in duodecim horarum centum octuaginta partes, numerosq; apponemus, initium faciẽtes à meridiano occidentaliſſimo, ac ſemper regulamẽti latus ad oſtenſam longitudinis partem mouebimus donec per diuiſionem in regulamento factam, ad poſitionem ſecundum latitudinem ſignatam perueniamus, ibiq; ſuper unoquoq; ſignationem debitam, eodẽ quo in ſphæra oſtenſum eſt modo faciemus.

Porrò

PORrò similiorem etiam & magis cõmẽſuratam deſcriptionem orbis, in tabula facie- mus, ſi lineas meridianas imaginatione concipiamus, ad ſimilitudinem linearum meri- dianarum in ſphæra: ita ut aſpectuum ſeu oculorum axis in ſphærę poſitionem ✠ pene- tret, & per ſectionem, quę ad aſpectum eſt meridiani, qui longitudinẽ terræ cognitæ in duas diuidit partes, & paralleli, qui & ipſe bifariam ſecat eius latitudinem, necnon centrũ ſphæ- re, quo ex æquo termini oppoſiti uiſu comprehendãtur & appareant. Primum igitur iuxta quantitatem inclinationis parallelorum circulorum, & per inciſionem ſignatam, & centrũ ſphærę erecti ad medium longitudinis meridianum plani, circulus intelligatur maximus, qui hemiſphærium terminet apparẽs, A B C D: & ſemicirculus meridiani, qui hemiſphęriũ bifariam diſpertit, A E C: at ſectio, quæ ad aſpectum huius eſt, & paralleli, qui bifariam ſe cat latitudinem, ſit ſignum E: ſcribaturq́ per E circuli maximi iterum ſemicirculus rectus ad A E F C, qui ſit B E D, cuius planum per axim aſpectuum ſeu uiſus ſubijci cõſtat. ✠ Inde circũferẽtiæ E F partes ſumãtur uiginti tres & ſemis cum tertia, tot enim diſtat æqui- noctialis ab eo qui per Syenem eſt, qui maximus ✠ ferè conſtituitur latitudine: ſcribaturq́ per F ſemicirculus æquinoctialis B F D, & tũc inclinatum apparebit æquinoctialis planũ, necnon reliquorum parallelorum, ad illud quod eſt per axem aſpectuum ſeu uiſus, quum circunferentia E F partium exiſtat uiginti trium ſemis cum tertia. Intelligantur itaq́ A E F C & B E D rectę ✠ pro obliquis, B E rationem habente ad E F, quam, 90, ad 23. dimidi um & tertium: & producta C A cadat centrum, in quo ſcribatur B F D circuli ſegmen- tum, iuxta G. Sitq́ nunc propoſitum ut ratio ✠ inueniat̃ G F ad E B, iungatur itaq́ F B recta, quæ bifariam diuidatur in H. coniungatur etiam H G, nempe ut perpendicularis ad B F fiat. Quoniam igitur qualiũ eſt B E recta nonaginta, taliũ ſupponi- tur E F uiginti triũ & ſe- mis cũ tertia eorundẽ, erit & B F ſubtẽſa nonagin- ta triũ cum decima. Angu lus uerò ſub B F E taliũ centũ quinquaginta cũ ter tia, qualiũ duæ rectæ trecẽ tarum ſexaginta: reliquus uerò angulus ſub H G F eorundem uiginti nouem cũ tertijs duobus. Ac ideo ratio G F eſt ad F H ea dẽ, quæ 180. ſemis cum ter tia ad 46. & ſemis cum ui- ceſima: & qualium eſt H F recta 46. ſemis cũ uiceſi ma, taliũ B E recta nona- ginta: ita ut qualiũ eſt E B recta 90. eorũdem eſt F E 23, ſemis cũ tertia: ac ideò qualium eſt E B recta no naginta, taliũ habebimus & G E rectam 181. ſemis cum tertia. Signumq́ G cõcludetur, in quo omnes ſcribantur paralleli in de- ſcriptione plana.




✠ Vt axis uiſionis penetret per ſectionem & centrum ſphæræ, hoc eſt, ut oculus mediet inter centrum & ſectionẽ illam meridiani & medij paralleli habitabilis terræ ſe mutuo ſecantium.

✠ Hæc inueſtigatio conducit ad inueniendũ uerũ locum puncti G, ſuper quo omnes parelleli deſcribẽtur.

✠ Rectæ quidẽ intelligi poſſunt, præſertim meridiana, nam oculus in eius planicie cõſtitutus rectam eam eſſe indicat, ut ſupra cap. 20. paralleli uerò celeſtis ſuperficies oculũ nõ attingit, cum habeat terra uicẽ puncti.

✠ Cum oculus ſupponatur in E pũcto medio totius habitabilis terræ.

✠ Mediũ ego legerem, non maximũ. nam in medio habitabilis terræ ſecundum latitudinem, Syene conſtituitur, ut ſubdit.



His præmissis accipiatur tabula A B C D, quæ iterum in duplo maiorē habeat A B ꝙ A C, sed æqualē A E cum E B, & ad ipsas rectam E F: diuidaturq; æqualis aliqua E F recta in nonaginta quadrantis partes, accipianturq; F G partes sedecim cum tertia & duodecima, G H uerò partes 23. semis cum tertia, at G K earundem 63. suppositoq; G pro æquinoctiali, erit H nota, per quam scribetur qui per Syenem est, & medius ferme latitudinis parallelus. F uerò nota erit, per quam scribetur ille, qui australem terminat finem. K autem, per quam signabitur ille, qui positionem finit septentrionale caditq; per insulā Thylē. Deinde linea E F producatur usq; ad L ita ꝙ tota linea F E L contineat earundem sectionū 181. dimidiam cum tertia, ✚ aut 180. tantum. nam propter hoc descriptio nil notatu dignum uariauit. in centroq; L, & interuallis F & H & K circunferētias scribemus Q K R & O H P & M F N. Et sic propria ratio parallelorum, ad inclinationem per axim aspectuum seu uisus, super planū obseruata erit. ✱ Quoniā & hic axis ad H declinare debet, & rectus esse ad tabulæ planum, ut rursus ex æquo oppositi fines descriptionis uisu comprehendi possint. Vt autem longitudo quoq; commensurata sit latitudini (quoniam in sphæra qualiū est maximus circulus quinq;, talium fermè parallelus per Thylē esse colligitur duarū cū quarta, qui uerò per Syenē est, quatuor cum dimidia & duodecima: at qui per Meroem quatuor semis cū tertia) oportet ex utraq; parte F K meridianæ rectæ decē & octo constituere meridianos, per tertiā partē unius horæ æquinoctialis, ad cōplementū eorū, qui sub tota lōgitudine cōprehenduntur. Semicirculorū ✚ autē æquiualētia accipiemus segmenta, secūdū quēlibet triū expositorum parallelorū, tertiæ parrtis horæ unius partes quinq;. Et à K quidē per duas partes & quartam faciemus sectiōes, qualiū habebamus E F rectā nonaginta: ab H uerò per quatuor & dimidiā cū duodecima, & ab F per quatuor & dimidiā cū tertia super eisdē. Deide per æqualētia tria signa scribemus circunferentias, quæ erunt pro reliquis meridianis, tanq; quæ totā terminent longitudinem S T V & X Y Z. adimplebimus & eas quoq;, quæ pro cæteris erunt parallelis, rursus centro L utentes, distantia uerò pro fiendis sectionibus, super linea F K iuxta distantias eorum ad æquinoctialem. Quod uerò talis descriptio sphæricæ formæ similior sit quàm prior, per sese patet. Quoniā si sphæra fixa maneat, & non circūuoluatur, quod & tabulæ contingit necessario, quum per medium descriptionis uisus constituitur, unus quidē & medius meridianus per axem aspectuum seu uisus in planum cadens, imaginationem rectæ præbet lineæ: qui uerò ex utraq; huius parte sunt omnes, ad ipsum secundum concaua conuersi apparent, & magis illi qui plus ab eo distant: quod & hic obseruabitur, cum decenti conuexitatum analogia. Commensuratio quoq; circunferentiarum parallelorum adinuicem seruabitur, non solum ut inter illos qui sub æquinoctiali sunt, & eum, qui per Thylem transit propria conseruetur ratio, sed & in alijs, ut ꝙ rectissimè quadrent, quemadmodū cōsyderare licebit, ijs qui periculum sunt facturi. Quin & totius latitudinis ad totam longitudinem ratio seruanda est: & rursus, non solum in illo parallelo, qui per Rhodum describendus est,


Hanc distantiā nuper demonstrauit, usq; ad punctum G, cuius loco nunc ponit L.


✱ Nam oculus hic supponitur in pūcto H, sicut antea in E.

✚ Id est, reliquorū porallelorū sectiones pro meridiāis faciemus, iuxta dictas trium paralle lorum portiones, respondentes quinq; gradibus æquatoris, & tertiæ pti horæ.

Ibi profecto, id est, in priore descriptione, nõ est seruata ratio paralleli per Rhodũ, sed paralleli per Thylen. quod & ducta hic recta linea S T V docet. quanquã & hic male ipsa ducatur à circulo australi ad Thylen, sed ducenda esset ab æquatore ad Thylẽ, ut omnes intermedios parallelos probaret esse in priore descriptione contractiores.

dus est, quemadmodum + ibi, sed planè in omnibus fermè. Si enim & hic producamus S T V rectam, ueluti in priori figura, circunferentia H T minorem uidelicet rationem faciet ad F S & K V q̃ cõueniat rationi descriptionis huius: ita ut secundũ totã H T patiat̃ defectum. Si uerò ipam H T commensuratam faciemus K F latitudinis distantiæ, F S & K V maiores erunt Symmetrijs, ad F K, Queadmodum ad H T. Si autem F S & K V commensuratas ipsi F K seruauerimus, H T minor erit commensaratione ad K F, quemadmodum ad K V & F S.





Ex his igitur modus iste priorem præcellit, à priori uerò in facilitate descriptionis superatur. Quoniam illic quidem, ab regulæ circũductione & translatione, quum solum unus descriptus erit parallelus, ac diuisus, singula loca suo ordine collocari poterunt: quòd in descriptione ista non tam facile fieri potest, propter meridianarum linearum ad medium inflexiones, & quia omnes circulos singulatim inscribere necesse est, necnõ positiones, quæ inter laterculos cadunt, ad tota amplectentia latera, per partes signatas ratiocinatione cõiecturare. Quæ quum ita sint, mihi & hic, & ubiq̃, quod melius est, licet sit laboriosius, deteriori tamen, & faciliori præferendum erit: ambos tamen simul ita ordinatos modos, obseruandos esse cẽseo, eorum hominum gratia, qui propter facilitatem, ad expeditiorem modum sunt procliuiores.

Qualium est ęquinoctialis quinq̃, talium est qui per Meroem transit quatuor & semis cum tertia, ita ut rationem habeat ad eum, quam 30. ad 29.

Fons diuertigij 127 27
Diuertigiũ Indi in Aracoſiã 122 $\frac{1}{2}$ 27 $\frac{1}{2}$
Diuertigium Indi ad Arbetos montes 117 25
Fons diuertigij 111 25 $\frac{1}{2}$
Diuertigiũ Indi ad os Sagapa 113 $\frac{2}{3}$ 23 $\frac{1}{4}$
A Sagapa ad Sinthum 111 21 $\frac{1}{2}$
Diuertigiũ Indi ad aureũ os 112 $\frac{1}{2}$ 22
A Sapara ad Gariphum 113 $\frac{1}{2}$ 22 $\frac{1}{3}$
A Garipha uerò ad os Sabalaſſa 113 21 $\frac{1}{3}$
Diuertigium à Garipho fluuio ad Lonibareos 113 $\frac{1}{3}$ 21 $\frac{2}{3}$

Ordo fluuiorum, qui in Gangem exeunt ſic ſe habet

Diamunæ flu.fontes 134 $\frac{1}{2}$ 36 — *Iomanes Plinio.*
Gangis flu.fontes 136 37
Sarabi flu.fontes 140 36
Cõmixtio Diamunæ & Gãgis 136 34
Cõmixtio Sarabi & Gãgis 136 $\frac{1}{2}$ 32 $\frac{1}{2}$
Diuertigium à Gange ad Vindum montem Soe flu. 136 $\frac{1}{3}$ 31 $\frac{1}{2}$
Fontes fluuij 131 28
Diuertigium Gangis ad Vxentum montem 142 28
Fontes diuertigij 137 23
Diuertigium Gangis in Cambuſum os 146 22

Diuertigium à Cambuso ad magnum os	145	23
Diuertigium à magno ore ad Camberichum os	145 ½	19 ½
Diuertigium à Gange flu. ad Pseudostomum	146 ½	20
Diuertigium à Gange flu. ad Antibolisos	146 ½	21

Et aliorum flu. situs sic se habent

Namadi flu. fontes à mõte Vindio	127	26 ½
Fluuij flexio iuxta Siripalla	116 ½	22
Iuxta quod miscet̃ Mophidi flu.	115	18 ½
Nanagunæ fluuij fontes à monte Vindio	132	26 ½
Vbi scinditur ad Goarim & Byndam fluuium	114	16
Pseudostomi fluuij fontes à Bittigo monte	123	21
Flexio fluuij	118 ½	17 ¼
Baris flu. fontes in Bittigo mõte	125 ½	21
Solenis fluuij fontes in eodẽ mõte	125	20 ½
Flexio fluuij	124	18
Chaberi fluuij fons in monte Adisathro	132	22
Tauæ fluuij fontes in Aruræis montibus	133	17
Mæsoli fluuij fontes in eisdem montibus	134 ½	17 ½
Mande flu. fontes in eisdẽ	136 ½	16 ½
Tyndis fluuij fontes in Vxento monte	137	22 ½
Dosaronis fluuij fontes in eodem monte	140	24

Ordo autẽ ciuitatũ atq; oppidorũ, quæ sunt in regionis huius parte, sic se habet

Sub fontibus enim Coæ amnis locati sunt Lambatæ, & horũ montana ꝓtendunt̃ usq; montes Comedorum. Sub fontibus aũt Suasti Suastene. Sub fontibus uerò Indi Daradræ, & horum montana supereminent. Sub fontibus autem Bidaspi, & Sandabalis, & Adris, est Caspiria. Sub Bibasis autem fontibus, & Zaradri. & Diamunæ, & Gangis est Cylindrine. Et sub Lambatis, & Suastene sita est Goryæa.

Et ciuitates hæ

* Carnasa	120	34 ¼
Barborana	120 ¼	33 ⅔
Gorya	122	34 ¼
Nagara quæ & Dionysiopolis	121 ½	32 ½
Drastoca	120 ½	32 ½

Bandobena Strab. *Gorydales Strab.*

Inter Suastum autem & Indum sunt Gandaræ & ciuitates hæ

Poclais (Peucolaitis Straboni)	123	33
Naulibi	124 ⅓	33 ⅓

Gandari Plinio & Pom. Melæ dicuntur.

Inter Indum & Bydaspum, iuxta quidem Indum Varsa est regio Et ciuitates hæ

Ithagurus	125 ⅔	33 ⅓
Taxiala	125	32 ¼

Taxila Plinio & Straboni.

Circa autem Bydapsum Pandouorũ regio in qua ciuitates hæ sunt

Labaca	127 ½	34 ¼
Sagala quæ & Euthymedia	126 ⅔	32
* Bucephala	125 ½	33
Iomusa	124 ¼	30

Pandea gens à fœminis regitur, Plinius & Arrianus.

Ab Alexãdri equo nomen sortita.

Quæ inde uersus solis ortum sunt, tenẽt usq; ad Vindium montẽ Caspiræi, & in ipsis ciuitates hæ sunt

Salagisa	129 ½	31 ½
Astrassus	131 ¼	31 ¼
Labocla	128	33 ⅓
Batanagra	130	33 ⅓
Arispara	130	32 ½ ⅓
Amacatis	128 ¼	32 ⅓
Ostobalassara	129	32
* Caspira	127	31 ¼
Pasicana	128 ½	31 ¼
Dædala	128	30 ½
Ardone	126 ¼	30 ⅙
Indabara	127 ¼	30
Liganira	125 ½	29
Chonnamagara	129	29 ⅓
Modura aut deorum	125	27 ⅙
Gagasmira	126 ⅔	27 ½
* Rarassa metropolis	123	26
Cognandaua	123	26

Aornos petra Dio doro Siculo, Auernus Straboni, quã utpote fortissimã cum Hercules expugnare nequierit Alexander expugnauit.

Iis etiã oriẽtaliores sunt Gymnosophistę. Et iuxta hos circa Gangẽ magis quidem septentrionales Dætychæ In quibus ciuitates hæ

Conta	133 ½	34 ⅓
Margara	135	14
Batan cæsara	132 ⅔	33 ⅓

Et ab orientali parte fluuij

Passala	137	34 ¼
Orza	136	33 ⅓

Sub ijs autem Nanichæ, in quibus ciuitates hæ.

Persacra	134	32 ⅔
Sannaba	135	32 ½

Et ab orientali parte fluuij

Toana	136 ½	32

Sub ijs uerò Prasiace, in qua ciuitates hæ

Sambolaca	132 ¼	31 ½ ⅓
Adisdara	136	31 ½
Canagora	135	30 ⅔
Cindia	137	30 ½
Sagala	139	30 ⅓

Et ab orientali parte fluuij

Aminacha	137 ⅓	31 ½ ⅓

Coanca

Coanca	138 ⅔	31 ½

Sub hac autem Sandrabatis, in qua ciuitates hæ

Empelathra	130	30
Nadubandagar	138 ⅔	29
Tamasis	133	30 ⅓
Curaporina	130	29

Iterum regio quæ iuxta occidentalem Indi partem omnis communi uocabulo Indoscythia appellatur. Huius autem pars, quæ circa diuisionem ostiorum est Patalene. & quæ ipsi superiacet Abiria. Quæ autem circa ostia Indi & Canthicolpum Syrastrene

Sunt autem ciuitates Indoscythiæ hæ, ab occidentali quidem parte fluuij remotæ

Artoarta	121 ½	31 ¼
Andrapana	124 ¼	30 ⅔
Sabana	122 ⅙	32
Banagara	122 ¼	30 ⅓
Codrana	121 ¼	29 ⅔

Et iuxta ipsum fluuium

Embolima	124	31
Pentagramma	124	30 ⅓
Asigramma	123	29 ½
Tiausa	121 ⅔	28 ½ ⅓
Aristobatra	120	27 ½
Azica	119 ¼	27
Pardabathra	117	25 ½
Pisca	116 ½	25
Pasipeda	114 ½	24
Susicana	112	22 ⅓
Bonis	111	21 ½
Colaca	110 ½	20 ⅔

Musicani terra Straboni dicitur.

In insulis autem ab ipso fluuio factis sunt ciuitates hæ

* Patala	112 ½ ⅓	21
* Barbari	113 ¼	22 ½

Pattalenã insulam ab Indi ostijs effectam ait Strabo.

Ab orientali latere fluuij remotiores ab eo ciuitates hæ

Xodrace	116	20 ¼
Sarbana	116	22 ½ ⅓
Auxoamis	115 ½	22 ⅓
Ausinda	114 ¼	22
Orbadari	115	22
Theophila	114 ¼	21 ⅙
Astacapra	114 ⅔	20 ¼

Iuxta ipsum uerò fluuium ciuitates hæ

Panassa	122 ½	29
Budæa	121 ¼	28 ¼
Naagramma	120	27
Camigara	119	26 ⅓
Binagara	118	26 ⅓
Parabali	116 ½	24 ½
Sydrus	114	23 ½
Epitausa	113 ½ ¼	22 ½
Xoana	113 ½	21 ½

Indoscythiæ ab orientali plaga super mare Larice sita est regio

In qua ciuitates mediterraneæ ab occasu Namadi fluuij hæ sunt

* Barygaza emporium	113 ¼	17 ⅓

Ab orientali uerò parte eiusdem fluuij

Agrinagara	118 ¼	22 ½
Siripalla	116 ½	21
Bammogura	116	20 ½ ¼
Sazantium	115 ½	20 ½
Xerogere	116 ⅓	19 ½ ⅓
* Ozene Regia Tiascani	117	20
Minagara	115 ¼	19 ½
Tiatura	115 ½ ⅓	18 ½ ⅓
Nasica	114	17

Quæ superiacent colunt Pulindæ Agriophagi. Et supra ipsos etiam Chatriæi

Chataros appellat Diodorus, Chateos Strabo, quibus pulchritudo est in maximo precio.

In quibus ab occidentali & orientali parte Indi fluuij ciuitates hæ sunt

Nigranigramma	124	28 ¼
Antachara	122	27
Sudassanna	123	26 ½ ⅓
Syrnisica	121	26 ½
Patistama	121	25
Tisapatinga	123	24 ⅓

Iterum autem inter Sardonicum montem & Bettigum, tenent Tabasi, Magorum gens Quæ autem supra hos sunt usq; Vindium montem, iuxta quidem Namadem, à parte orientali fluuij tenent Parapiotæ

In quibus sunt Rhamnæ

Et ciuitates hæ

Cognabanda	120 ¼	23
Ozoabis	120 ½	23 ⅔
Osta	122 ½	23 ½
Cosa in qua est Adamas	121 ⅓	22 ½

Circa autem Nanagunam Phyllytæ & Bitigi. In quibus Gondali quidem iuxta Phyllytas & fluuiũ. Ambastæ autem iuxta Bittigos & montem ipsum

Et ciuitates hæ

Agara	129 ⅓	25
Adisathra	128 ½	24 ½
Soara	124 ⅓	24
Nygdosora	125	23
Anara	122 ½	22 ⅓

Inter Bittigum autem montem & Adisathrum sunt Soræ Nomades

Et ciuitates hæ

Sangamarta	133	21
* Arcati regia sora	130	20 ¼

Narsinge regnum mediterraneum Indie potẽtissimum.

Rursus ad partem orientalem Vindij montis tenent Brolingæ. In quibus ciuitates hæ

Stagabaza	133	28 ½
Bardaotis	137 ½	28 ½

Quæ ſub ijs ſunt, habitant Poruari
In quibus ciuitates hæ
Bridama 134 ½ 27 ½
Tholobona 136 ⅓ 27
Malæta 133 ½ 25 ½ ⅓
Et ſub ipſis uſq; Vxentũ montẽ, Abiſathri
In quibus ciuitates hæ
Maliba 140 27
Aſpathis 138 ½ 25 ⅔
Panaſſa 137 ⅔ 24 ½
* Sageda Metropolis 133 23 ½
Balantipyrgum 136 ½ 23 ½
Iis oriẽtaliores uſq; Gangem Mandalæ ſunt
In quibus ciuitates hæ
Aſthagura 142 25
Et apud ipſum fluuium ciuitates
Sambalaca 141 29 ½
Sigalla 142 28
* Palibothra regia 143 27
Tamalites 144 ½ 26 ½
Orcophanta 146 24 ½

Hinc Palibothri populi, quos Plinius & Strabo Praſios appellant, omnium Indiæ potentiam eo tempore antecedebant, toto maritimo tractui ab Indo ad Gãgem dominantes, quod & Pomponius teſtatur, Diodorus Palicotram urbem appellat, ab Hercule cõditam.

Similiter quæ ſub Bettigo monte ſunt tenent Brachmanæ Magi uſq; ad Betios
In quibus ciuitates hæ
Brachme 128 19
Quæ uerò ſub Adiſathro uſq; Aruræos tenent Badiamæi
In quibus eſt ciuitas
Tathliba 134 18 ½ ⅓
Quæ autem ſub Vxento ſunt, tenent Dryllophyllitæ
Quorum ciuitates
Sibrium 139 22 ⅓
Opotura 137 ½ 21 ⅔
Ozoana 138 ¼ 20 ½
Orientaliores uſq; Gangẽ ſunt Cocconagæ
In quibus ciuitates hæ
Doſara 142 ½ 22
Et uerſus fluuium in parte occidentaliori
Cartinaga 146 23
Cartaſina 145 ½ 21 ⅔
Supra autem Mæſolos Salaceni, iuxta Aruræos montes
In quibus ciuitates hæ
Benagorum 140 20 ¼
Caſtra 138 19 ½
Magaris 137 ½ 18 ⅓
Iuxta autem Gangem flu. ſunt Sabaræ apud q̊s Adamas eſt in copia Et ciuitates hæ
Taſopium 140 ½ 22
Caricardama 141 20 ¼
Regionem autem, quæ circa oſtia Gangis fluuij eſt omnem ✝ Gangaridæ tenent
In quibus ciuitas
* Gange regia 146 19 ¼

Gãgarides Plinio, quorum regem potentißimum Alexãder inuadere non eſt auſus, teſtantur

Reliquum autem Ariacæ quidem regionis mediterraneæ ſunt ciuitates & pagi ab occaſu quidẽ Byndæ fluuij hæ
Manippala 119 ½ 20 ½ ¼
Sariſabis 119 20
Tagara 118 19 ⅓
* Bætana regia Siriptolemæi 117 18 ⅙
Deopalli 115 ⅔ 17 ½ ⅓
Gamalica 115 ¼ 17 ⅓
Omenogara 114 16 ⅓

Curtius & Diodorus, ſed longe in alio ſitu hos ipſi cum Strabone collocãt, nempe inter Indi & Gãgis fontes, iuxta Pori regis ab Alexandro uicti regionẽ, quæ iuxta Hydaſpis fontes erat.

Inter Byndã uerò amnem & Pſeudoſtomum
Nagaruris 120 20 ¼
Tabaſo 121 20 ⅔
Inde 123 20 ½ ⅓
Tiripangalida 121 ¼ 19 ⅔
* Hippocura regia Baleocuri 119 ½ ¼ 19 ⅙
Subuttum 120 ¼ 19 ⅙
Sirimalaga 119 ⅓ 18 ½
Calligeris 118 18
Modogulla 119 18
Petirgala 117 ½ ¼ 17 ¼
Bannauaſi 116 16 ½ ¼
Virorum autem Pyratarum mediterraneæ ciuitates hæ
Olochoera 114 15
* Muſopalle Metropolis 115 ½ 15 ½ ¼
* Limyrice mediterranea ab occidentali quidem parte
Pſeudoſtomi ciuitates hæ.
Narulla 117 ½ ¼ 15 ½ ⅓
Cuba 117 15
Pallura 117 ¼ 14 ⅔
* Inter Pſeudoſtomum uerò & Barim flu. ciuitates hæ
Paſage 124 ⅓ 21 ½ ⅓
Maſtanur 121 18 ⅔
Curellur 119 17 ½
Punnata in qua Beryllus 120 ⅔ 17 ½
Haloe 120 ⅔ 17 ½
* Carura regia Cerobothri 119 16 ⅓
Arembur 121 16 ⅓
Berderis 119 15 ½ ⅓
Pantipolis 118 15 ⅓
Adarima 119 ½ 15 ⅓
Coreur 120 15
Aiorum mediterranea
Morunda 121 ½ 14 ⅔
Careorum mediterranea
Mendela 123 17 ⅓
Selur 121 ½ ¼ 16 ½
Tittua 122 15 ⅔
Mantitur 123 15 ½ ¼
Pandionorum mediterranea
Tænur 124 ½ ¼ 18 ⅔
Perincari 123 ⅓ 18
Corindiur 125 17 ⅔
Tangala 123 ½ 16 ½ ¼

* Modura

*Modura regia Pâdi onis	125	16
Acur	124 ½ ¼	15 ⅓
Batorum mediterranea		
Calindoca	127 ⅔	17 ½
Bata	126 ½	17
Tallara	128	16 ½ ¼
Paraliæ Soretanorum mediterraneæ ciuitates		
Caliur	129	17 ⅔
Tennagora	132	17
Icur	129	16 ⅔
*Orthura regia Sornatis	130	16 ⅓
Bere	130 ⅓	16 ¼
Abur	129	16
Carmara	130	15 ⅔
Magur	130	15 ¼
Aruarnorum ciuitates mediterraneæ		
Cerauge	133	16 ¼
Phruriũ seu præsidiũ	132	15
Carigæ	132 ⅔	15
Poleur	131 ½	14 ⅔
Picendaca	131 ½	14
Iatur	132 ½	14
Scopidura	130 ¼	15 ½ 1/12
Icarta	133 ½	13 ⅔
*Malanga regia Bassaronagis	133	13
Candipatna	133 ½	12 ⅓
Mæsolorum mediterranea		
Calliga	138	17
Bardamana	136 ¼	15 ¼
Coruncala	135	18
Pharythra	134 ⅔	13 ⅓
*Pityndra Metropolis	135 ½	12 ½
Insulæ autem adiacent expositæ parti Indiæ in Canticolpo sinu		
Barace	111	18
In littore uerò usq; sinum Colchicum		
Milizigeris	110	12 ½
Heptanesia insula	113	13
Tricadiba	113 ½	11
Peperina	115	12 ⅔
Trinesia insula	116 ⅓	12
Leuce	118	12
Nanigeris	122	12
In sinu Argarico		
*Cory insula	126 ½	13

Indiæ extra Gangem SITVS.

CAPVT II.

TABVLA XI. ASIAE.

EXTRA Gangem India terminatur ab occasu Gange fluuio. A septentrionibus expositis partibus Scythiæ & Sericæ. Ab oriente Sinarum regione, iuxta meridionalem lineam emissam à fine Sericæ, usq; ad sinum magnum appellatum, & sinu ipso. A meridie autem Indico pelago, & parte maris Parassodis, quod ab insula Menuthiadæ per lineam parallelam extenditur, usq; ad opposita magno sinui, huius igitur partis littorea per hunc modum se habent

Mucini regio ab incolis hodie nuncupatur, scilicet a Gãge usq; Cyambam prouinciam: Indiã etiã minorem hãc uocamus.

In sinu Gangetico post Gangis ostium Antibolum appellatum

Ærradorum		
Pentapolis	150	18
Catabedæ flu. ostia	151 ⅓	17
*Baracura Emporium	152 ½	16
Tocosannæ flu. ostia	153	14 ½
Argenteæ regionis		
Sabba ciuitas	153 ½	13 ⅓ ¼
Sadi flu. ostia	153 ½	12 ½
Sada ciuitas	154 ⅓	11 ⅓
*Berrabonna Emporiũ	155 ½	10 ⅔
Temalæ flu. ostia	157 ½	9
Promonto. quod post ipsam est		
In sinu Sabaraco		
Besyngitorum Antropophagorum		
Sabara ciuitas	159	8 ½
*Begynga Emporiũ	162 ⅓	8 ⅓ 1/12
Begyngæ flu. ostia	162	9
Berobe ciuitas	162 ½	6
Promonto. post ipsam	159	4 ⅔
Chrysæ uel aureæ Chersonesi		
*Tacola Emporium	160	4 ¼
Promont. post ipsam	158 ⅔	2 ⅔
Chrysoanæ flu. ostia	159	1
Sabana Emporium	160	Australis 3
Palande flu. ostia	161	Australis 2
Maleucolon promont.	163	Australis 1
Attabæ flu. ostia	164	Australis 1
Coli ciuitas	164 ⅓	Æquinoct.
Perimula	163 ¼	2 ⅔
Perimulicus sinus	162 ½	4 ¼
Lestorum siue Piratarum regionis		
Samarade	163	4 ½ ⅓
Pagrasa	165	4 ½ ⅓
Sobani flu. ostia	165 ⅔	4 ½ ¼
Fontes fluuij	162 ½	13
Thipinobasti Emporium	166 ⅓	4 ½ ¼
Acadra	167	4 ½ ⅓
*Zabæ ciuitas	168 ⅓	4 ½ ¼
Magni sinus		
Quod iuxta principium est magnum promonto.	169	4 ¼

Bangella hodie ciuitas fœcũdißima, & regnum latißimum

Tamalam ciuitatẽ hoc loco sitam ait lib. 1. c. 13.

Malacha nũc dicitur miræ magnitudinis, à Portugalẽsibus ut capta, qđ testatur epistola Emanuelis regis ad Leonem decimum.

Regnum Pego dicitur.

Sinus hic hodie dicitur mare de Sur, & Archipelagus innumerarũ insularum.

Ciuitas Pego inter Orientales nulli secunda.

Thagora	168	6
* Balonga Metropolis	167 ½	7
Throana	167	8 ½
Daonæ flu. ostia	167	10
Fontes fluuij	163	27
* Cortatha Metropolis	167	12 ½
Synda ciuitas	167 ¼	13 ⅔
Pagrasa	167	14 ½
Dorij flu. ostia	168	15 ½
Fontes fluuij	163	27
Aganagara	169	16 ⅔
Seri flu. ostia	171 ½	17 ⅓
Fontes fluuij	170	32
Alius fons	173	30
Coniunctio	171	27
Limes magni sinus uersus Sinas	173	17 ⅓

Montes autem in hac parte nominantur, Bepyrrus, cuius fines habent gradus 148 34 & 154 26

Et Mæandrus, cuius fines habent gradus 152 24 & 160 16

Et Damasi montes, quorum fines habent partes 162 23 & 166 33

Hi sunt orietalissimi, ubi à Nicolao Veneto Ratha urbs nominatur.

Et Sementhini pars occidentalis, cuius finis habet gradus 170 33 & 180 26

A Bepyrro uerò in Gangem exeunt fluuij duo. Quorum eius qui magis septentrionalis est fontes habent partes 148 33

Coniunctio uerò cũ Gange 140 ¾ 30 ⅓

Fluuij uerò qui post ipsum est fontes habent 152 27

Cõiunctio aũt cuius cũ Gange 144 26

A Mæandro uerò fluunt, qui post Gangẽ sunt amnes usq; Bisynga flu. Serus aũt fluuius à mõte Semãthino è duobus fontibus fluit. Quorũ qui occidẽtalior est, gradus habet 173 ½ 30

Qui uerò magis orientalis 173 ½ 30

Iunguntur autem circa 171 27

A Damasis montibus autem fluunt Daonas & Dorias. Extẽditur autem usq; Bepyrrum Daonas, & Dorius quidẽ à situ 164 ½ 28

Daonas uerò à Damasis mõtibus 162 20 ½

A Bepyrro autẽ monte 153 ½ 27 ½

Et coniunguntur fluxus circiter 160 ⅓ 19

Sobanus autem 162 ½ 13

Et qui per auream Chersonesum fluũt inuicẽ cõmiscent, primũ à dorsis superiacẽtibus Chersoneso, sine noĩe, ex q̃bus unus ad Chersonesum fluens, primo Attabã scindit circa 161 ½ 3

Chrysoanum uerò circa 161 1 ⅓

Reliquus autem fit Palandas

Tenẽt aũt partẽ hãc ab orientali latere Gangis p totum latus ipsius, qui magis septentrionales sunt Gangani, p quos Sarabijs excurrit fluuius.

Et in ijs ciuitates hæ sunt

Sapolus	139	35
Sorna	138 ⅔	34 ⅔
Heorta	138 ½	34
Rhappha	137 ⅔	33 ⅔

Sub ijs uerò sunt Marundæ, usq; Gangaridas

In quibus ciuitates sunt apud Gangem ab oriente

Boræta	142 ⅓	29
Corygaza	143 ½	27 ¼
Condota	145	26
Celydna	146 ½	25 ½
Aganagora	146 ½	22 ½
Talarga	146 ⅔	21 ⅔

Inter montem autẽ Imaũ & Bepyrrũ, Tacorei sunt, maxime ad Arctos uergẽtes, Corancali uerò sub eis. Posteà Passalæ. Post quos supra Meandrũ Tilædæ. Vocãt aũt sic Basadas, sunt enim breues, incurui, crassi, & fronte latiores, colore albi. Supra autẽ Cirradiã, in qua dicunt gigni optimũ malabathrũ, habitãt iuxta quidẽ montẽ Mæandrũ Tameræ Anthropophagi. Super Argenteã autẽ regionẽ, in qua multa esse dicunt metalla nõ signata, superiacet aũt Aurea regio, Besyngitis appropinquans, quæ & ipsa metala auri q̃plurima habet. Qui eã incolunt, siĩr sunt albi colore, & crassi, & breues atq; simi. Iterũ inter Bepyrrũ montẽ, & montes Damasos, quæ magis ad Arctos uergunt, tenent Aminachæ. Et sub ijs sunt Indaprathæ. Post quos Iberingæ. Post Dabasæ, & usq; Mæandrũ Nãgalogæ, quod significat mundũ nudũ. Interq; montes Damasos & limitem qui uersus est Sinas maxime septẽtrionales sunt Cacobæ. Et sub ijs Basanaræ. Postea Chalcitis regio, in qua plurima metalla æris sunt Sub qua usq; magnum sinum Cadutæ, & Barræ. Post quos Sindi. Posteà Daonæ ad flu. eiusdem noĩs. Et post ipsos montana sunt iuncta regioni Lestorũ siue Prædonũ Tigres habentia & Elephantes. Hanc Lestorũ siue Prædonũ regionẽ qui colunt, ferini esse dicuntur, & in specubus habitare, & pellem habere similem Hippopotamis, quæ sagittis minime traijci potest.

Ciuitates aũt & uici huius partis mediterranei nominantur. Posteà quæ iuxta Gãgem exposita sunt hæ

Selampura	148 ½	33 ⅓
Canogiza	143	32
Cassida	146	31 ½
Eldana	152	31
Asanamara	155	31 ½
Archinara	163	31
Vrathenæ	170	31 ⅓
Suanagura	145 ½	29 ½
Sagoda	155 ⅓	29 ⅓
Anthina	162	29

Salatha

Salatha	165 2/3	28 1/3
*Rhãdamarcotta,in qua Naadus	172	28
Athenagurum	146 1/3	27
Maniæna	147 1/4	24 2/3
*Tosale Metropolis	150	23 1/3
Alosanga	152	24
Adisaga	159 1/2	23
Cimara	170	23 1/4
Parisara	149	22 1/4
*Tugma metropolis	152 1/2	22 1/4
Arisabium	158 1/2	22 1/2
Posinara	162 1/4	22 1/2 1/3
Pandassa	165	21 1/3
Sipiberis	170	21 1/4
*Triglyphon regia,quod & Trilingũ	154	18

In hac galli gallinacei barbati esse dicuntur & corui,& Psitaci albi.

Lariagara	162 1/2	18 1/4
Rhingiberi	166	18
Agimœtha	170 2/3	18 2/3
Tomara	172	18
Daona	165	15 2/3
*Mareura metropolis q̃ & malthura	158	12 1/2
Lasippa	161	12 1/2
Bareuaora	164	12 1/2 1/3

Chnigaphola nũc et Sian duæ in Malacha insignes urbes.

Et in aurea Chersoneso

Balonca	162	4 2/3
Cocconagara	160	2
Tharra	162	Australis 1 2/3
Palanda	161	Australis 1

Insulæ autem dicuntur in exposita parte Indiæ hæ

Bazacata	149 1/2	9 2/3

In hac conchæ multæ. Et qui hanc incolunt,nudi continuo degere ferũtur,uocarique Agmatas.

Sunt & insulæ tres Sindæ Antropophagorum, quarum mediũ partes habet 152 Australis 8 2/3

Bonæ fortunæ	145	4 1/4

Barussæ quinque,quarum,medium habet 152 2/3 Australis 5 1/3

In ijs Antropophagi incolæ esse perhibent. Similiter aliæ Antropophagorũ ĩsulæ tres,quæ Sabadibæ appellant,q̃rũ mediũ 160 Aust. 8 1/2

Hinc Chrysæ & Argyræ aureũ & argenteum solum habẽtes insulæ Plinio Melæ & alijs dicũtur,quas Martianus Chryseram & Agyreã nominat. χρυσὸς enim. aurum, ἄργυρος argentum dicitur.

Iabadij hoc est hordei insula, feracissima enim hæc insula dicit,& p̃tereà auri multum efficere. Hæc Metropolim habet à parte septentrionali fine eius occidentali dictam Argenteam,quæ gradus habet 167 Australis 8 1/2

Oriẽtalis uerò finis insulæ 169 Australis 8

Satyrorum insulæ tres,quarum interuallum 171 Australis 2 1/2

Qui has inhabitant,caudas habere dicunt,quales Satyrorũ pingunt. Ferunt & hic aliæ insulæ cõtinue esse numero decẽ,Maniolæ appellatæ, in quibus dicunt nauigia,quæ clauos ferreos habent detineri,ac ideo illa ligneis cõpaginant, ne quando lapis Herculeus, qui circa ipsas gignitur,illa attrahat. Obque hoc super trabibus ea in sicco firmari asserunt.

Tenere autem ipsas dicuntur Anthropophagi Manioli dicti. Harum medium gradus habet 142 Australis 2

Sinarum situs.

CAPVT III.

TABVLA XI. ASIAE.

SINÆ terminantur à septẽtrionibus parte Serũ exposita. Ab ortu Solis atque meridie terra incognita.

Mãgi & Cyamba prouinciæ Magno Chaam Tartarorum subditæ.

Ab occasu India extra Gangẽ iuxta lineã annotatã,usque ad magnũ sinũ,ac ipso magno sinu,& partibus quæ deinde adiacent Ferinis appellatis,ac parte Sinarum, quã habitãt Ichthyophagi Ætiopes secundum descriptionem hãc Post limitem sinus qui iuxta Indiam notatus est.

Sinum magnum dixi esse hodie mare de Sur,ad quem hispani uersus occidentem nauigando perueniunt, terrestri itinere duorũ dierum interiecto, per isthmum inter Parias, & Temixtitan: quanquam & per mare ad austrum circũire liceat.

Aspitharæ flu. ostia	175	16

Fluuij fontes, qui ab orientalibus partibus

Semanthini sunt montis	180	26
Brãma ciuitas	176 2/3	12 1/2
Ambasti flu. ostia	177	10
Fontes fluuij	179	15
Rhabana ciuitas	177	8 1/2
Sæni flu. ostia	176 1/3	6 1/2
Notium promont.	175	4
Ferini Sinus interior recessus	176	2
Satyrorũ promont.	175	Æquinoctia.
Sinarum sinus	178	Australis 4 1/3

Hunc habitant Ichthyophagi Æthiopes

Cutiaris flu. ostia	177	Australis 7
Iuxta quod miscet Sini amni	179	Æquinoctia.
Fontes fluuij	180	Australis 2
*Cattigara Sinarũ statio	177	Australis 8 1/2

Var Moabar regnum recentiores quidã hoc loci statuere.

Tenent autẽ regionẽ, quæ maxime ad Arctos uergit,Semãthinæ supra eiusdem nominis mõtẽ. Sub ijs autẽ atque monte Acadræ. Post quos Spioræ. Posteà apud magnũ Sinum Ambastæ, & circa alios sinus Ichthyophagi Sinæ.

Ciuitates autem Sinarum mediterraneæ hæ nominantur

Achatara	178	21 1/4
*Aspithra	175 1/2	16 1/4
Coccoranagara	179	Australis 2
Sarata	180	Australis 4
*Et Metropolis Sinæ	180	Australis 3

Eã tamẽ nõ ærea mœnia habere dicunt, nec quicquã memoratu dignũ. Circũdat autẽ à Cattigaris uersus occasum terra incognita, mare Prasode amplectens,usque promont. Prasum,à quo

incipit,ut dictum eſt,maris aſperi ſinus, terram coniungens Rhapto promont.& partibus auſtralibus Azaniæ.

Taprobanes inſulæ SITVS.

CAPVT IIII.

TABVLA XI. ASIAE.

Taprobana,id noſtris Samotra ſiue Sumatra dicitur, ut Ioſeph Indus, Ludouicus Vertomanus & alij teſtãtur.Huic quatuor reges moderãtur, omnes idololatræ.

CORY Indiæ promontorio opponit̃ promontorium inſulæ Taprobanes,quæ olim Symondi inſula dicebatur, nunc autem Salice.Qui eam habitant, cõmuni uocabulo Salæ dicuntur,mulierum crinibus omnes ferè tecti.

Naſcitur apud hos oriza,mel,zĩgiber,beryllus, hyacinthus,& uniuerſorum metallorũ genera, auri & argẽti & aliorũ.Elephãtes gignit & Tigres.Eius promontorium,quod dictũ eſt Cory opponi,gradus habet 126 12 ½

Et uocat̃ Boreũ promont. Alia autẽ circunſcriptio habetur in hunc modum.Poſt dictum Boreũ ꝓmont.quod gradus habet 126 12 ½

Galiba extrema	124	11 ⅓
Margana ciuitas	123 ½	10 ⅓
Iogana ciuitas	123 ⅓	8 ⅓ ½
Anariſmondi promont.	122	7 ½ ¼
Soanæ flu.oſtia	122 ⅓	6 ¼
Fontes fluuij	124 ⅓	3
Sindocanda ciuitas	122	5
Priapidis portus	122	3 ⅔
Anubingara	121	2 ⅔
Praſodes ſinus	121	2
Iouis extrema	120 ½	1
Nubartha ciuitas	121 ⅔	Æquino.
Azani flu.oſtia	123 ½	Auſtra. 1
Fontes fluuij	126	Septẽtrio. 1
Hodoca ciuitas	123	Auſtralis 2
Orneon uel auiũ extrema	125	Auſtra. 2 ½
Dagana ciuitas ſacra luna	126	Auſtralis 2
Corcobara ciuitas	127 ⅔	Auſtra.2 ⅓
Dionyſi ſeu Bacchi ciuitas	130	Auſtra. 1 ½
Cetæum promont.	132 ½	Auſtra.2 ⅙
Baraci flu.oſtia	131 ½	Septẽtri. 1
Fontes fluuij	128	2
Bocana ciuitas	131	1 ⅓
Mordi portus	131	2 ⅓
Baraththa ciuitas in extremis	131	3 ¼
Solis portus	130	4

Solis inſulam facit Plinius, quæ & Nympharũ rubẽs cubile dicitur: ubi ob æſtum intolerabilẽ omne animans ingreſſum ui circũfuſi aeris cõfeſtim exanimatur.

Littus magnum

Rocuri ciuitas in promont.	131	5 ⅔
Rhizala portus	130 ⅔	6 ½
Oxia promont.	130	7 ½
Gangis flu.oſtia	129	7 ⅓
Fontes fluuij	127	7 ¼
Aſatana portus	129	8
Agadiba ciuitas	129	8 ½
Panti Sinus	128 ½	9 ½
Anubingara ciuitas	128 ⅔	9 ⅔
* Modutti emporium	128	11 ⅓
Phaſis flu.oſtia	127	11 ⅓
Fontes fluuij	126	8
* Talacori emporium	126 ⅓	11 ⅔

Pynder hodie, & eſt celebrior totius inſulæ portus.

Poſt quod eſt Boreũ promontoriũ. Mõtes in inſula inſignes ſunt,qui Galibi appellantur , ex quibus fluunt Phaſis,& Ganges. Et mons,qui Malea dicitur,unde fluunt Soanas,& Azanos, & Barraces.Et ſub hoc monte uſq; mare ſunt Elephantũ paſcua. Tenẽt autẽ inſulã à parte maxime ſeptentrionali Galibi & Maduntæ. Sub quibus Anurogrãmi,& Nanagadibi. Et ſub Anurogrãmis Soani. Sub Nanagadibis autẽ Senni.Subq; ijs etiã Sandocandæ quidem uerſus occaſum.Et ſub ipſis uſq; Elephãtũ paſcua Bumaſani.Tarachi autẽ uerſus ſolis ortũ tenẽt.Sub qbus Bocani & Morduli,& q maximè auſtrales ſunt Rhogãdani & Nanigiri.

Ciuitates autẽ in inſula mediterraneæ hæ ſunt

Anurogrãmum regia	124 ⅙	8 ⅔
* Maagrãmũ Metropolis	127	7 ⅓
Adiſamum	129	5
Poduce	124	3 ⅔
Vliſpada	126 ⅓	Borealis ⅔
Nacaduma	128 ½	Æquino.

Ante Taprobanẽ multitudo inſularum iacet, quas dicũt eſſe mille trecẽtas & ſeptuaginta & octo numero.Quarũ tñ noĩa tradunt̃, hæ ſunt

Vangana	120 ¼	11 ⅓
Canathra	121 ⅔	11 ¼
Orneorum uel auium	119	8 ½
Aegidiorum	118	8 ½
Monache	116	4 ¼
Ammine	117	4 ¼
Carcus	118	Auſtralis ⅔
Phelicus	116 ½	Auſtralis 2 ⅔
Erene	120	Auſtralis 2 ½
Calandadrua	121	Auſtralis 5 ½
Arana	126	Auſtralis 4 ⅓
Baſſa	126	Auſtralis 6 ½
Balaca	129	Auſtralis 5 ½
Alaba	131	Auſtralis 4
Gumara	133	Auſtralis 1 ⅔
Zaba	135	Æquinoct.
Zibala	135	Borealis 4 ¼
Nagadiba	135	Borealis 8 ½
Suſuara	130	Borealis 11 ¼

Orbis igitur necnõ prouinciarũ ac præfecturarũ enarratio particularis, hoc nobis explanata ſit modo.Cæterũ cũ in principio cõpoſitionis oſtẽderimus, quo pacto cogniti orbis pars, in ſphæra deſcribi poſſit, necnõ in ſuperficie plana,ut

na ut, maxime similis & cõmensilis sit ijs, quæ in sphæra cõprehendũtur solida, cõgruatq; talibus uniuersi orbis explanationibus, descriptionem quandam addere summariam, ad demonstrationem eorum quæ uniuersaliter sunt contemplata, absoluatur & ipsa secundum conuenientem rationem, quæ ita se habet.

Descriptio summaria TABVLÆ ORBIS. CAPVT V.

ORBIS noster in tres diuisus est continentes à uetustioribus illis, qui sigillatim q̃ diligentissime scripsere, commentariosq; reliquere de singulis, sicuti in historia, quibus & nos astipulamur, qui partim hęc inspeximus, partim uerò diligenter ab eis excepimus, ac ideo tabulam quo pacto totus orbis figurari possit, subijcere deliberauimus, ut nil discendi cupidis inexpertum relinquatur, ex ijs, quæ particulatim utilia sunt, quo omnis historia ornetur, pariter & acumen uirium naturalium excitetur.

Pars terræ nostræ habitabilis terminatur ab ortu solis terra incognita, quæ populis orientalibus Asiæ magnæ adiacet, Synisq;, ac Sericæ.

A meridie similiter terra incognita, quæ pelagus ambit Indicum, & quæ Æthiopiã, quæ à meridie est Libyæ, uocaturq; Agisymba, complectitur.

Ab occasu etiam terra incognita, quæ sinũ excipit Æthiopicum Libyæ, & deinde oceano occidentali, qui occidentalissimis Libyæ & Europæ adiacet partibus.

Nulla ab occasu hodie terra incognita, sed occidẽtaliores Africæ partes Caput albũ & Caput uiride dicũtur, Oceano adiacentes.

A septentrionibus autẽ coniuncto sibi oceano, qui insulas cõplectitur Britannicas necnõ Europæ Borealissima, appellaturq; Deucalidonius & Sarmaticus, ac etiã terra incognita, quæ Borealissimis magnæ Asiæ adiacet regionibus, Sarmatiæ & Scythiæ, & Sericæ. Ex æquoribus uerò, quæ ab orbe excipiuntur habitabili, mare nostrũ cũ adnexis sibi sinibus, utpote sinu qui iuxta Adriam est, Pelagusq; Ægeũ, necnõ Propontidẽ, pontum quoq;, ac Paludem Męotim, per solum fretũ Herculeũ cũ oceano cõmiscet, pelagi angustias quasi Isthmũ Chersonesi instar faciens. Hyrcanum uerò mare, quod & Caspium dicitur, undiq; terra circundatur, insulæ quo ad continentem oppositum, simile.

Similiter & mare, quod iuxta pelagus est Indicũ, totũ cũ adiacẽtibus ei sinibus, tã iuxta sinum Arabicũ, q̃ persicũ, necnõ Gangeticũ, & eũ qui proprie magnus uocat̃ sinus, undiq; à terra circumambitur. Quapropter ex tribus cõtinentibus, Asia adnectit̃ Lybiæ, & per dorsum ✠ Arabiæ quod mare nostrũ à sinu segregat arabico, & p terrã incognitã, quæ ab Indico alluit̃ pelago. Europæ uerò adnectit̃ per dorsum, quod inter paludẽ est Mæotim, oceanũq; Sarmaticũ, super Tanais amnis defluuio. Lybia uerò ab Europa solũ freto disiungit̃, p se ipsam illi cohærẽs minime, sed p Asiã omnino, quoniam illa utriq; cõnectit̃, ambasq; per orientalẽ plagã attingit.

Hoc esse falsum manifeste hodie ostendit Portugalesium in Calecut nauigatio.

Falsum est.

Imo solo Isthmo ad sinum Arabicũ nec est ibi aliqua terra incognita.

Porrò ex tribus illis cõtinẽtibus, magnitudinis gratia, Asia est prima, secũda Lybia, tertia Europa. Similiter ĩter maria prædicta, quæ à terra excipiuntur, rursus ob magnitudinẽ primũ est mare iuxta Indicũ pelagus, secundũ nostrũ, tertiũ Hyrcanũ, quod & Caspiũ. Præterea inter sinus insigniores, primus est similiter & maior Gangeticus, secũdus Persicus, tertius uerò Magnus, quartus Arabicus, quintus Æthiopicus, sextus Ponti, septimus Ægei pelagi, octauus Paludis Mæotidis, nonus Adriæ, Decimus uerò Propontidis. Ex insulis uerò insignioribus & peninsulis, prima est Taprobane, secunda Albionis Britannicorum, tertia aurea Chersonesus, quarta Iuuernia Britãnicorũ, quinta Pelopõnesus, sexta Sicilia, septima Sardinia, octaua Cirnus, quæ & Corsica, nona Creta, decima Cyprus. Sanè meridionalẽ terræ cognitæ finẽ terminat parallelus, qui æquinoctiali est australior partibus 16 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$ qualiũ est circulus maximus 360. Totidem etiã partibus qui per Meroën scribitur, æquinoctiali est septẽtrionalior.

Hodie usq; ad Caput bonæ spei, qđ est Africæ continentis 32. gradus altitudinis meridionalis numerantur.

Septẽtrionalẽ uerò finẽ terminat parallelus, qui æquinoctiali est septentrionalior partibus 63 scribitur autẽ p Thylẽ insulã, ita ut latitudo terræ cognitæ partiũ fiat 79 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$ aut integris gradibus 80. Stadijs uerò quadraginta millibus ferè, ita ut pars una, seu gradus unus, quingenta cõtineat Stadia, queadmodũ ex diligentibus deprehensum est dimẽsionibus. Totius uerò ambitus centũ & octuaginta millia cõprehendat stadia. Rursus orientalem finem terræ cognitæ terminat meridianus scriptus per Synarũ metropolim, distans ab eo, qui per Alexandriã scribitur, orientem uersus, super æquinoctiali partibus 119 $\frac{1}{2}$ octo autem horis ferè æquinoctialibus. Occidentalẽ uerò finẽ terminat ille q per fortunatas scribit̃ insulas, distatq; ab eo, qui per Alexandriã partibus 60 $\frac{1}{2}$ horis autẽ æquinoctialibus quatuor. A semicirculo uerò oriẽtalissimo pastibus 180. hac oris æquinoctialibus 12. ita ut longitudo orbis cogniti esse colligatur, super parte quidẽ æquinoctialis, stadiorum nonaginta milia. Sup eo uerò q est australissimus octuaginta & sex milliũ ac trecentorũ & ferè triginta. At super eo qui est septentrionalissimus millia

quadragīta octīngēta quinquaginta quatuor. Et rurſus ſuper eo, qui per Rhodum ſcribitur, ſub quo potiſſimum factæ ſunt dimenſiones, diſtante ab æquinoctiali partibus 36. ſtadiorum ſeptuaginta duorum ferè millium. Super eo autem qui per Syenem eſt quicq; ab æquinoctiali diſtat partibus 23 ½ ⅓. qui ferè in medio totius latitudinis ſitus eſt, Stadiorum octuaginta duo millia trecentorum triginta ſex, ſecundum proportionem ipſam dictorum parallelorum ad æquinoctialem, ita ut longitudo orbis latitudine maior fiat, in climatibus quidem ſeptentrionaliſsimis, quinquageſima ferè parte, in ijs uerò per Rhodum dimidia quodammodo & tertia parte, in ijs autem per Syenem totidem & ferè ſexta, in auſtraliſsimis quoq; totidē. In ijs uerò qui ſub æquinoctiali ſunt totidem, ac inſuper quarta. Magnitudo autem maximi diei ſeu noctis, in parallelo quidem inter prædictos auſtraliſſimo horarū æquinoctialium eſt 13. totidē & in eo qui per Meroën ſcribitur. In æquinoctiali autem horarum eſt 12. In eo uerò qui per Syenem deſcribitur, horarū 12 ½. At in eo qui eſt per Rhodū 14 ½. In ſeptentrionaliſſimo autē & qui p Thylē eſt 20. ita ut totius latitudinis differentia fiat horarū æquinoctialiū nouē.

Armillaris Sphæræ CVM HABITABILI deſcriptio.

CAPVT VI.

DESCRIPTIO igitur diſpoſitionis uniuerſæ, ad tāta uſq;, cōpetenter ſe habet. uerum haud abſurdum erit his addere, quonam modo apparens terræ ſemiſphæriū, in quo habitabilis noſtra eſt, in plano deſcribat̄, à ſphæra comprehēſum armillari quādoquidem plures qui demonſtrationem hāc aggreſſi ſunt ineptiſſimè ea uſi uidentur. Proponat̄ igitur ſphæram armillarem in plano deſcribere, quæ partem cō plectatur terræ ita uiſus ſitum habentem, ſecundum quem rectæ linearis ſit cōmunibus ſectionibus, hoc eſt meridiani, qui per tropicas noſtas, cui & longitudo ſubiacebit, noſtrā habitabilem bifariam incidit, & paralleli, qui per Syenem in terra ſcribitur, qui & ipſe latitudinem orbis æqualiter fermè ſecat. Sic autem habeantur rationes magnitudinum armillaris ſphæræ & terræ, necnon uiſus diſtantiæ, ut in eo ſpacio quod inter armillam æquinoctialis & æſtiui continetur tropici, tota pars terræ appareat cognitæ: Auſtraliori ſemicirculo, eius qui per media ſigna eſt circuli, ſuper terram conſtituto, ne ab illo obumbratio quædam fiat, terræ habitabilis, ad Boreā cōſtitutæ. His igitur ſuppoſitis dicti quidē meridiani, unius rectæ lineæ ſecundum axim ipſam facient apparētiā, quaſi uiſus in plano, per eos ducto, cadat. Ob eādem etiam cauſam parallelus per Syenem, rectæ lineæ apparentiam præbebit, illa exiſtente recta: reliqui uerò ex circulis inſcribendis, ſecundum concaua ad rectas lineas, inuerſi apparebunt: meridiani quidem ad lineam eam quæ per polos eſt, paralleli uerò ad illam quæ per Syenem. & magis ij qui plus ex utraq; parte diſtant, quēadmodum per ſe liquet. Quo pacto uerò deſcriptionem hanc effingere poſſimus, ut q̄ ſimilis ſit adumbramentis uiſualibus modus hic perq; commodus nobis erit.

Eſto meridianus qui per ſigna æquinoctialia in ſphæra tranſit armillari A B C D circa centrum E, & diametrū A E C, intelligaturq; A ſecundum polum Borealem, C uerò auſtralem: ac ſumātur B F & D G & B H & D K circunferentiæ in diſtantijs tropicorum ab æquinoctiali: A autem & L & A M & C N & C O à diſtantijs poli arctici & antarctici, ſecetq; diameter æſtiui ipſam A E iuxta P. quum igitur parallelū qui per Syenem ſcribitur, inter E & A poſitionem habere oporteat ſit aūt ratio circunferentiæ, quæ eſt à parallelo per Syenem ad æquinoctialem, ad quadrantē, quatuor ferè ad quindecim, dimidiæ autem E P ad E A eorundem ferè quatuor ad uiginti ſeſquitertia erit & E A lineæ quæ ex centro terræ exit. Aſſumatur iam E Q talium trium qualium eſt quatuor E A, & in centro E, diſtātia uerò E Q, ſcribatur in eodem plano circulus, qui terram complectatur Q R: & diuiſa aliqua recta, quæ ſit æqualis E Q, in nonaginta ſectiones æquales, unius quandrantis æqualis ipſi E P. aſſumatur quidē E S ſectionum uiginti trium ſemis & tertij, at E T ſectionum ſedecim tertij & duodecim, E V uerò eorundem ſexaginta triū; & perducatur X S Y ad Q R recta cadens, uidelicet ſecundū parallelū per Syenē. Erit igitur T ſignum per quod ſcribetur parallelus ille, qui terminat auſtralem finem habitabilis, & oppoſitus ei qui eſt per Meroën: V uerò per quod ſcribetur parallelus, qui terminat finem Borealē, ſcriptusq; per Thylem. Aſſumatur nunc ſignum paululum Auſtralius T ſicut Z & cōiungātur Z D producanturq; S Y & Z D, ac coincidāt iuxta ✱. Si igitur nunc expoſitos circulos intelligamus in plano, per ſigna tropicorū & polorū, aſpectumq; ſuper ✱ propter ſubiecta: lineæ quidem

quidem ab * per M & G ac D & K & O productæ ad A C facient ſuper ipſa ſectiones, per quas ſcribentur ad aſpectum ſegmẽta quinque parallelorum: ueluti per ſectionem Z ſcribetur circa D æquinoctialis. Lineæ uerò ab * ſuper L & F & B & H & N coniunctæ apud A C ſectiones facient, per quas ſcribentur ultra terraneæ portiones eorundem parallelorum. Similiter quoque in parallelis deſcribendis in terra, ſi ſumpſerimus ſuper Q R peculiares ab æquinoctiali diſtantias, ueluti V & T ac ſectiones, quæ fient ſuper eiſdem per rectas lineas A Z coniunctis ſuper ſemicirculo Q R habebimus oppoſitas eis ſecundum parallelos poſitiones, per quas ſcribentur dictorum parallelorum ſegmenta: ueluti G V F & D T B: ſuper quibus ſumentes exortus eorum quæ ordinanda ſunt ex utraque parte meridiani T V & ſuper X S Y recta in peculiaribus trium illorum parallelorum rationibus, ſcribemus per trium ſimilium ſignorum particulas, ſubiectorum meridianorum, tanquam eorum qui definiant longitudinem, & F X B & G Y D.

Multitudo igitur in terra deſcribendorum ad deſcriptionis magnitudinem adaptanda erit. In Armillarum uerò parabola, id obſeruãdum eſt, ut quum ſingula per dicta quatuor ſigna tranſeant, figura effingantur ouali, & non in mucrones deſinant, in ſectionibus apud circulum extremum, ne ſpeciem præbeant fracturæ Nam illic quoque congruam reliquis flexuram ſeruari oportet, quàm uis lineamenta curua, quæ ellipſim complectuntur, ultra extremum circulum totius deſcriptionis finitorem cadãt, quod & in ueris armillis accidere uidetur. Animaduertendum præterea, ne circuli ſolum lineæ exiſtant, ſed ut cum aliquali latitudinis commenſuratione & colore differant, ac etiam ut ultra terraneæ circulorum portiones, obſcuriores habeant colores, quàm illæ, quæ uiſui ſunt expoſitæ, quo in proximioribus fiant inciſuræ ſecundum obumbrationes, quæ in ueris eueniunt armillis. Præterea ut Zodiacus incidat ſuper terrã iuxta ſemicirculum auſtraliſsimũ, & per tropicum hyemalem, incidatur autem ab ipſa ſecundum Borealem, & per æſtiuum tropicum. Conſcribemus autem de ijs quoque in locis opportunis peculiares denominationes, ac etiam in circulis, qui in terra ſunt numeros, qui in orbis deſcriptione ſunt explanati diſtantiarum & horarum. Circa uerò exteriorem circulũ uentorũ ponemus nomina ad imitationem ſphæræ armillaris, apud adiacentes quinque parallelos & polos per adnotationes.


Deſcriptio extenſionis.

CAPVT VII.


CÆTERVM huiuſce extenſionis deſcriptio quæ & ſummatim armillari congruit ſphæræ, talis erit. In plano ſubijciatur deſignatio, una cum terra comprehenſa, quæ talem habeat poſitionem, per quam uiſus rectus ſit communibus inciſionibus, hoc eſt meridiano, qui bifariam per tropica ſigna orbẽ ſecat, cui & ſubiacet lõgitudo noſtri habitabilis: & parallelo per Syenem in terra ſcripto, qui & ipſe ferè latitudinem orbis interſecat, ita autem ſe rationes magnitudinum ſphæræ ac terræ, necnon uiſus habeant diſtantiæ, ut in ſpacio, quod inter æquinoctialem eſt & tropicum æſtiuum, tota pars terræ cognitæ appareat, auſtraliori ſemicirculo per medium Zodiacæ armillæ, conſtituto ſuper terram, ne ſub hac obumbratio quædã habitabilis noſtræ fiat, quæ ad Borealius poſita eſt hemiſphærium, quapropter dicti meridiani unius rectæ lineæ per axem ipſam faciãt imaginationem, tanquam uiſu in plano per ipſos cadente, ac etiam parallelus per Syenem, ob eam cauſam rectus uideatur. Reliqui uerò circuli adnotandi, ſecundum concaua, conuerſi appareant, ad lineas rectas, meridiani quidem ad eã lineam quæ per polos tranſit. Paralleli autem ad eam lineam, quæ eſt per Syenem, & magis ij, qui plus ab utraque illarum parte diſtant, ita ut arcticus magis quàm tropicus æſtiuus ad ſeptentriones. Hyemalis uerò tropicus magis quàm æquinoctialis ad meridiem declinet, ac etiã antarcticus magis quàm tropicus hyemalis. Præterea terræ cognitæ pars ita conſtituatur, ut nullibi illam oceanus circunfluat, niſi in finibus deſcriptis, qui ad Corum ſitæ ſunt & Circium Libyæ, & Europæ, confirmiter uetuſtiorum hiſtorijs.

CLAVDII PTOLEmæi Coſmographiæ

Septimus Liber finit.



NON IVDICET MIDAS.


*
G
D
K
Y
M
O
A
Q
V
P
S
E
T
Z
R
C
L
N
X
F
B
H

OCTAVVS

LIBER HAEC
habet.

Cum qua præsuppositione facere oportet habitabilis nostræ diuisionem per tabulas.

Quænã ad unamquãq; tabulam describere conuenit.

Expositio omnium descriptionum, quibus continentur Europæ tabulæ decem, regiões triginta quatuor, ciuitates centum & decem & octo. Aphricæ tabulæ quatuor, regiones duodecim, ciuitates quadraginta duæ. Asiæ magnæ tabulæ duodecim, regiones quadraginta octo. Ciuitates centum & nonaginta, ita ut tabulæ orbis fiant 26 regiones 64 ciuitates 350.

Cum qua præsuppositione facere oportet habitabilis nostræ diuisionem ad tabulas.

CAPVT I.

QVÆCVNque igitũ ad enarrationẽ Geographicã in mediũ adducere oportebat, tã ex frequẽtiori diligẽtia eorũ, qui regiones nostras agnitas pararũt, q; ad faciliorẽ simul & magis peculiarẽ descriptionũ aggressionẽ, sufficienter se habere arbitror. Nunc uerò iuxta modũ eorum qui ante nos fuerunt, tanq; summariè addendũ erit, per quęnam loca in designatione unusquisq;, qui notari debet parallelus seu meridianus scribendus sit, ne ridiculum fiat, si omnia simpliciter loca, ac ea quoq;, quæ haud quaquam in expositos incidunt circulos, adiacentes habeant situs parallelorũ & meridianorum per ipsos descriptorum.

Postq; competẽs quædã discriptio habitabilis totius facta est, ut in una cõprehẽsa tabula, sub uisum nostrũ cadat: consequens est ut summariè, fiendas exponamus descriptiones, si generalem illam in plures diuidere uelimus tabulas, quo loca cuncta peragrata, cũ lucidiori cõmensuratione ordinari queant. Etenim cum in uniuersa descriptione necessarium sit, quò rationes partium orbis inter se conseruentur, ut quędã propter frequentiam locorum ordinandorum dilatentur, alia autem propter defectum inscribendorũ contrahantur, quod pleriq; obmittentes, multa quidẽ in tabulis ipsis puertere coacti sunt, tam in mensuris regionum, q; figuris, tãq; haud quaquã ab historia recte deducti, quemadmodum ij, qui maximam tabulæ partem Europæ attribuerunt, tam secundum longitudinem q; latitudinem, propter frequentiam & uarietatem locorum imponendorum. Asiæ aũt secundum longitudinẽ nimiũ reliquerunt spaciũ. Lybyæ uerò secundũ latitudinem propter contrarium, etenim ob causam hãc, Indicum pelagus, post Taprobanem ad septentriones conuerterunt, cũ ipsis tabula obstaret, quo minus ad solis ortum progredi possent, nihilq; tale haberẽt, quod ex contrario super Scythia, Boreæ subiecta describere possent, rursusq; occidentalem oceanum ad ortum uerterunt, obstante eis tabula: ad distãtiam meridianam, quum nihil ibi seu interioris Libyæ aut Indiæ uastitas contineret, quod occidentali littori propter locorum frequentiam opponi posset.

Quapropter tales, cum terram uniuersam oceano cingerent, à conscribendis erroribus incipere uisi sunt, historiamq; ad impossibilia detorserunt. Nos uerò in diuisione tabulæ præfatũ errorem euitare poterimus, si diuisiones ita fecerimus, ut regiões frequentiores, aut solæ sint, aut cũ paucis tabulã sortiãtur, secũdum maiores circulorũ distantias. In frequentiores uerò, & quæ non adeo multa intercipiunt totæ, cũ pluribus similibus, sub una cõprehendãtur tabula, in minoribus circulorũ distãtijs. Haud enim necesse est, ut omnes tabulæ inuicẽ sint cõmensuratæ, sed solum ut in singulis inuicẽ cõseruetur ratio quẽadmodũ cũ caput solũ depingimus, solum quæ capitis sunt, aut quũ manũ solum, quæ manus sunt solũ. Nõ enim quæ capitis sunt cũ manu iungimus, nisi cũ sub una figura totum facimus hominẽ. Quemadmodũ enim nil impedit totũ, nõnunq; augere, nonnunq; uerò minuere, ita nil impedimẽto erit, ex partibus, cũ per se cõstant, quædã ob capacitatem supponendarum tabularũ augere, quædam uerò minuere. Nec multum à ueritate aberit, quẽadmodũ in principio compositionis præfati sumus, si lineas rectas, pro circulis incidentibus per partes tabularũ inscribamus, lineas etiã meridianas haud quaquã inclinatas, sed illas inuicem æque distantes, quãuis enim uniuersi habitabilis, tã latitudinis, q; longitudinis termini, secundum magnas sumpti

ſumpti diſtantias præcipuas in extremis circulis faciant mutationes, non tamen ita in ſingulis accidit tabulis, ac ideo ſecundum rationẽ paralleli, qui bifariam incidit tabulã, ad circulũ maximum, neceſſarium dicimus, ut q̃ plurimas faciamus parabolas, ne per totam diſtantiam tabulæ, id quod indagamus, querere cogãtur, ſed ſolum illud, quod ex ea à medio eſt ad alterum extremorum.

QVÆNAM PER SINGVlas Tabulas adſcribere congruat.

CAPVT II.

TALI igitur præſuppoſitioni innitentes, Europæ diuiſiones decem cõprehendemus tabulis. Libyæ uerò quatuor. Aſię autem duo decim, inſingulisq; ſupraſcriptiões ponemus, præmittẽtes, cuiuſnã continentis tabula quæq; exiſtat, & q̃ magna, quasq; contineat regiones, & quã rationem habeat parallelus, qui per medium illarum tranſit, q̃ exactiſsimè ad meridianum, & quænã circũſcriptio totius fiat tabulæ, ſubordinantes per ſingulas regiones, ciuitatum inſignium eleuationes, aſſumptas ad magnitudinem dierum, in ipſis. Situs uerò ſecundum longitudinem ab diſtantijs meridiani, qui eſt per Alexandriam, ſiue ad ortũ, ſiue ad occaſum magnitudinis ferè horarum æquinoctialium. Et num ijs qui Zodiaco ſunt ſubiecti, ſol ſemel uel bis ſuper uerticem fiat, ac queadmodum diſpoſitus ſit ad cõuerſiones. Quin & quamnam ſtellam fixam ſingula loca in uertice habeãt addidiſſemus, ſi in obſeruando appareret latitudines ad æquinoctialem, hoc eſt ſi ſemper per eoſdem parallelos tranſirent, uerum cum in mathematica cõpoſitione oſtenderimus, q; & fixarũ ſphæra incidit in ſequentia mundi circa tropica & æquinoctialia ſigna, & haud quaquam circa æquinoctiales polos, ſed circa eos qui in medio ſunt circuli per Zodiacũ, quemadmodum & errantium, non poſſunt eandem aſtra ſemper in eiſdem locis ſupra uerticem eſſe, ſed neceſſe eſt, ut ex ijs alia tranſeant ad loca prioribus ſeptentrionaliora, alia uerò ad auſtraliora, ſuperuacua nobis uiſa fuit ea deſcriptionis additio, quum ſecundũ talẽ hypotheſim, ſi ſuper ſphæra ſtellata, poſitionẽ ipſius in temporibus quæſitis, ad circulum qui per ambos eſt polos cõſtituerimus, totãq; circũtulerimus ad permanẽtis meridiani diuiſum latus, facile conſyderare poſſumus ſignum ipſius, totidem ab æqnoctiali diſtare partibus, quot & perq̃ſiti loci, ad eadem ipſa parallelus, obiterq; deprehendere, nũ omnino nulla ex errantibus ſtellis per ſignũ illud incedat, ſeu una, aut plures, & quænã illa exiſtat. Quibus ita præfinitis, iã ab alio inchoãdũ eſt propoſito.

ADDITIO MICHAELIS VILLANOVANI.

Omnes octaui huius libri numerorum notas ex ſuperius traditis emendabis facillime. Ab Alexandria intelliges diſtantias, ſi memineris eius longitudinem eſſe partium 60. cum ſemiſſe. nam cuiuſq; alterius urbis longitudo minor, diſtantiam ab Alexandria uerſus occaſum facit: longitudo hac maior, diſtantiã uerſus ortum. Quantitatem longitudinis diſces, quindecim partibus differentiæ horam deſcribendo, & cuilibet parti 4. horæ minutias, quod & in alijs quibuſcunq; tuæ regionis urbibus obſeruabis. Maximæ diei quantitatẽ hæc una tabella generaliter edocebit, aſſumpta ex ſuperioribus libris urbis tuæ latitudine. quæ ſi fuerit 45. graduũ, maxima dies erit horarum 15. cum 26. minutis: ſi fuerit 46. addes quintã partem differentiæ ad proxime maiorem.

gradus latitudinis.	quantitas maximæ diei. ho.	mi.
5	12	17
10	12	35
15	12	54
20	13	14
25	13	34
30	13	58
35	14	24
40	14	52
45	15	26
50	16	10
55	17	8
60	18	50
65	21	50
70	dies duorum menſium.	

Tabula I. Europæ.

Europæ tabulæ decem, prouinciæ 34, ciuitates 118.

PRIMA Europæ tabula Britannicas continet inſulas, cum adiacentibus eis inſulis. Parallelus uerò eius medius rationem habet ad meridianũ, quam undecim ferè ad uiginti.

Circunſcribitur autem tabula undiq; oceano. Ab ortu germanico, A meridie Britannico, & eo qui appellatur Vergiuius. Ab occaſu occidentali. Ab ſeptentrionibus uerò Hyperboreo, & qui ui uocatur Deucallidonius.

Thyle igitur inſula maximam diem habet horarum æquinoctialium 20. Diſtatq; ab Alexãdria occaſum uerſus horis duabus.

Hyberniæ uerò inſulæ ciuitates inſignes.

Eiuſdem nominis cuius & inſula ciuitas ✠ Hybernis, maximã diẽ habet hor. 18. Diſtatq; ab Alexandria occaſum uerſus ho. 3 & $\frac{1}{4}$. *✠ Iuernus*

Rheba uerò maximam diem habet horarum 18 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus occaſum hor. 3 quinta una.

Albionis uerò inſulæ

Londinium maximam diem habet hor. 17. Diſtatq; ab Alexandria occaſum uerſus horis 2 $\frac{2}{3}$.

Eboracũ maximam diem habet horarum 17 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Diſtat ab Alexandria uerſus occaſum hor. 2 $\frac{2}{3}$.

Caturactonium maximam diem habet horarum 18. Et diſtat ab Alexandria uerſus occaſum hor. 2 $\frac{2}{3}$.

Alata caſtra maximam diem habent horarum 18 $\frac{1}{2}$. Diſtantq; ab Alexandria occaſum uerſus hor. 2 $\frac{1}{6}$.

Carmina insula maximam diem habet horarũ 13 octaua parte ferè. distatque ab Alexandria uersus ortum horis duabus $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Solem quoque bis in anno supra uerticem suscipit, quum distat à tropico æstiuo utraque parte gradibus 39 $\frac{1}{2}$.

Tabula VII.

TABVLA septima continet Hyrcaniam, Margianam, Bactrianam, Sogdianos, Sacas, & Scythiã intra Imaũ montẽ. Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianũ, quam duo ad tria.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Scythia, quæ intra Imaũ montem est

Ab austro mõte Imao, qui supra Indos est, qui intra & extra Gangem sunt. Prætereà Paropanisadibus & Aria, ac Parthia, & parte Hyrcani maris.

Ab occasu parte Mediæ & Hyrcani pelagi, & Sarmatia Asiatica.

Ab Arctis terra incognita.

Insigniorum ciuitatum Hyrcaniæ

Eiusdem nominis cum regione Hyrcania maximam diem habet ho. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis æquinoctialibus 2 $\frac{1}{2}$ & decimaquinta parte.

Amarusa maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 2 $\frac{1}{3}$.

Margianæ ciuitates

Margiana Antiochiæ maximam d em habet horarum 15 ferè. Et distat ab Alexandria ad ortum hor. 3 & decimaquinta parte.

Nigea maximam diem habet horarũ 15. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3.

In Bactriana

Characharta maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3 $\frac{1}{3}$ & decimaquinta parte.

Zarispa maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{3}$ cum decimaquinta parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 3 $\frac{2}{3}$.

Bactra maximam diem habet horarum 15. Et distat ab Alexandria uersus ortũ horis 3 $\frac{2}{3}$. & decimaquinta parte.

Maracanda maximam diẽ habet horarum 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 3 $\frac{1}{2}$ ferè.

In Sogdianis

Oxiana maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{2}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ferè.

Maruca maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ferè.

Drepsa maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 4.

Vltima Alexãdria maximam diem habet hora-

rum 15. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. 4 octaua parte.

In Scithia, quæ intra montem Imaum eſt Aſpabota maximã diem habet hor. 15 $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horis 2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. ferè.

Dauaba maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horis 3 ferè.

Tabula VIII.

ASIÆ tabula octaua continet Scythiam extra Imaum montem, & Sericam.

Parallelus ipſius medius rationem habet ad meridianũ, quam duo ad tria.

Circunſcribitur autẽ tabula Ab Arctis & ortu terra incognita

A meridie Sinis & parte Indiæ

Ab occaſu Saccis, & Scythia intra Imaũ montem.

Scythiæ inſignes ciuitates

Iſſedon Scythica maximam diem habet horarum 16 octaua parte ferè. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. 6.

Auzacia maximam diem habet hora. 16 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horis 5 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$.

Sericæ inſignes ciuitates

Iſſedon Serica maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horis 6 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ferè.

Droſache maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{6}$ Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. 7 & ſeptima parte.

Ottorocora maximam diem habet hora. 14 $\frac{2}{3}$ ferè. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortũ hor. 7.

Metropolis Sera maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Diſtatq; ab Alexandria uerſus ortũ horis 7 $\frac{1}{3}$ aut totas 8.

Tabula IX.

NONA Aſiæ tabula continet Ariam, Peropaniſadas, Drangianam, Arachoſiam, & Gedroſiam.

Parallelus medius ipſius, rationem habet ad meridianũ, quam tredecim ad quindecim.

Circunſcribitur autem tabula

Ab ortu, India:

A meridie, Indico pelago:

Ab occaſu, utraq; Carminia, & Parthia:

Ab arctis, Margiana & Bactriana.

Ariæ inſignes ciuitates

Aria maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.

Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. 3.

Bitaxa maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horis 2 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{4}$.

Alexandria Ariæ maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortũ hor. 3 $\frac{1}{3}$.

Paropaniſadum

Naulibis maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ octaua parte. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horis 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ferè.

Carura, quæ & Ortoſpana maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Diſtatq; ab Alexandria uerſus ortum hor. 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Drangianæ

Prophthaſia maximã diẽ habet hor. 14 quinta parte. Et diſtat ab Alexan. uerſus ortum ho. 3 $\frac{1}{3}$.

Aliaſpa maximã diẽ habet hor. 13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horis 3 $\frac{1}{4}$ ferè.

Arachoſiæ

Alexandria maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab alexandria uerſus ortum horis 3 $\frac{1}{2}$ & decima parte.

Arachotos maximam diem habet horarũ 14. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horis 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ & trigeſima parte.

Gedroſiæ

Cuni maximã diẽ habet horarum 13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. 3 $\frac{1}{3}$.

Muſarna maximam diem habet hor. 13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. 3 $\frac{2}{3}$.

Arbis maximam diem habet horarum 13 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horis 3. Hicq; ſol ſemel in anno fit ſupra uerticẽ, in ipſo æſtiuo tropico. Et hoc dicimus, quia ſol prope ipſum eſt tropicũ. Sciendũ autẽ, quum diſtat tertia parte unius magni gradus, qui in Zodiaco tres efficit, tum nõ ſemel in anno, ſed bis neceſſe eſt ſolẽ fieri ſupra uerticẽ, quando ſcilicet diſtat à tropico æſtiuo ab utraq; parte gradibus 3. ſicut in alijs ciuitatibus præſcriptum eſt, quæ in eadem parte latitudinis ſitæ ſunt.

Tabula X.

DECIMA Aſiæ tabula continet Indiam intra Gãgem fluuiũ cũ adiacentibus ſibi inſulis. Parallelus ipſius medius rationem habet ad meridianum, quam undecim ad duodecim.

Terminatur

Terminatur autem tabula

Ab ortu India extra Gangem.

Ab austro parte Gangetici sinus, & Indici pelagi.

Ab occasu Gedrosia & Arachosia, & Paropanisadis.

Ab arctis parte Imai montis, quæ sub Sogdianis & Saccis est.

Insignes in ea ciuitates

Symilla maximam diem habet hor. 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 3 & $\frac{1}{3}$. Hic quoque sol bis in anno supra uerticem fit, quum distat à tropico æstiuo utraque parte gradibus 50 $\frac{1}{2}$.

Muceris maximam diem habet hor. 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, quando distat à tropico æstiuo ab utraque parte gradibus 52 $\frac{1}{2}$ & quinta parte.

Chaberis maximam diem habet hora. 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. aut 13 ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 4 $\frac{1}{2}$ & decimaquinta parte ferè. Sumitque solem bis in anno supra uerticem, quum distat à tropico æstiuo ab utraque parte gradibus 47 $\frac{1}{2}$.

Palura maximam diem habet horarum 12 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horis 5 & octaua parte. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, quum distat à tropico æstiuo ab utraque parte gradibus 60 cum quinta parte.

Caspira maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{12}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 4 $\frac{1}{2}$ ferè.

Bucephala maximam diem habet horarũ 14. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 4 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{30}$.

Palimbothra maximam diem habet horarum 13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 5 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{30}$.

Patala maiorem diem habet horarum 13 $\frac{1}{2}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3 $\frac{1}{2}$. Suscipit autem solem in uertice bis in anno, quum distat ab utraque parte à tropico æstiuo partes 26 $\frac{1}{2}$.

Barbari maximam diem habet horarum 13 $\frac{1}{3}$ cum nona parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{30}$. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo, ab utraque parte gradibus 16 & uigesima parte.

Barygaza maximam diem habet horarum 13 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 3 $\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{30}$. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraque parte gradibus 41 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Ocena maximam diem habet horarum 13 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ferè. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, quum abest à tropico æstiuo ab utraque parte gradibus 30 $\frac{1}{2}$ & quinta parte

Bæthana magnam diem habet horarum 13 cũ octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ferè. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraque parte gradibus 39 $\frac{1}{3}$.

Hippocura maximam diem habet horarum 13 cum quinta parte. Et distat ab Alexãdria uersus ortum hor. 4 ferè. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, distãs à tropico æstiuo ab utraque parte gradibus 35 $\frac{1}{2}$.

Carura maximam diem habet horarum 13. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 4 ferè. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem. distans à tropico æstiuo ab utraque parte gradibus 45 $\frac{1}{4}$.

Modura Pandionis maximam diem habet hora. 13. Et distat ab Alexandria uersus ortũ ho. 4 $\frac{1}{3}$. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, distãs à tropico æstiuo ab utraque parte gradibus 46 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Orthura maximam diem habet horarum 13. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 4 $\frac{1}{3}$. Hic quoque sol bis iu anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraque parte gradibus 45 $\frac{1}{4}$.

Pithynda maximam diem habet horarum 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum ho. 5. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraque parte gradibus 57 $\frac{1}{12}$.

Tabula XI.

VNDECIMA Asiæ tabula continet Indiam extra Gangem, & Sinas.

Parallelus ipsius medius ferè eandem rationem habet quam meridianus.

Circunscribitur autem tabula

Ab ortu terra incognita

A meridie sinu magno, & Gangetico, qui in pelago sunt Indico

Ab occidente India intra Gangem

A septentrionibus parte Saccarum, & Scythia extra Imaum montem atque Serica.

Insigniorum ciuitatum Indiæ extra Gangem.

Tacola maximam diem habet horarum æquinoctialium 12 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 6 $\frac{2}{3}$. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraqꝫ parte gradibus 79 $\frac{1}{3}$.

Zabæ maximam diem habet horarum 12 $\frac{1}{4}$ & aliquid plus. Distatqꝫ ab Alexandria uersus ortum hor. 7 $\frac{1}{3}$. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra verticē, distans à tropico æstiuo ab utraqꝫ parte gradibus 78 $\frac{1}{3}$.

Tolosa maximam diem habet horarum 13 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 6. Hic autem sol semel ī anno fit supra uerticem, in ipso tropico æstiuo.

Tugma maximam diem habet horarum 13 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. & distat ab Alexandria uersus ortum hora. 6 $\frac{1}{6}$. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraqꝫ parte gradibus 18 $\frac{1}{4}$.

Trilingum maximam diem habet horarum 13 cum octaua parte. Et distat ab Alexādria uersus ortum horis 6 $\frac{1}{4}$. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraqꝫ parte gradibus 39 $\frac{1}{2}$.

Marcura maximam diem habet horarum 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 6 $\frac{1}{2}$. Hic sol bis in anno fit supra uerticem, distans ab utraqꝫ parte à tropico æstiuo gradibus 57 & quinta parte.

Randamarcota maximā diem habet horarum 13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 7 $\frac{1}{2}$ ferè.

Metropolis Argire in Iabadij insula maximā diem habet horarum 12 $\frac{1}{2}$. Distatqꝫ ab Alexandria nersus ortum, australi polo super terram eleuato, hor. 7 & octaua parte. Hic quoqꝫ sol bis in anno super uerticem fit, distans à tropico hyemali ex utraqꝫ parte partes 68 $\frac{1}{12}$.

Sinarum ciuitates insigniores

In Sinis Aspithra maximam diem habet horarum 13. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 7 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{30}$. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticē, distans à tropico æstiuo ab utraqꝫ parte gradibus 45 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Sinæ Metropolis maximam diem habet horarum 12 $\frac{2}{3}$ cum octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 8 ferè. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticem, quum distat à tropico hyberno ab utraqꝫ parte gradibus. 82 $\frac{1}{2}$.

Cattigara statio maximam diem habet horarum 12 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria polo australi super terram elato ad ortum hora. 7 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico hyberno ab utraqꝫ parte gradibus 78 $\frac{1}{4}$.

Tabula XII.

ASIÆ tabula duodecima continet Taprobanam insulam, cum cæteris insulis circa ipsam. Parallelus medius ipsius, rationem habet ad meridianum eandem.

Circundatur autem tabula

Ab utraqꝫ parte Indico pelago.

Insignes insulæ ciuitates

Talacori emporium maximam diem habet horarum æquinoctialium 12 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 4 $\frac{1}{3}$ & quinta parte. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticē, quū distat à tropico æstiuo ab utraqꝫ parte gradibus 59 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Agadiba maximam diem habet horarum. 12 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 4 $\frac{1}{2}$ & decima parte. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticem, quum distat ab æstiuo tropico ab utraqꝫ parte gradibus 68 $\frac{1}{12}$.

Maagrammum Metropolis maiorem diem habet horarum 12 $\frac{1}{2}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 4 $\frac{1}{2}$ ferè. Hicqꝫ sol bis in anno fit supra uerticem, quum distat à tropico æstiuo ab utraqꝫ parte gradibus 71 $\frac{1}{2}$ & quinta parte.

Hæ ſunt cognitæ

Orbis Prouinciæ ſeu præfecturæ.

Europæ Tabula

PRIMA.

HYBERNIA inſula Britannica
Albion inſula Britãnica

Tabula Secunda

Hiſpania Bætica
Hiſpania Luſitania
Hiſpania Tarraconenſis

Tabula Tertia

Gallia Aquitana
Gallia Lugdunenſis
Gallia Belgica
Celtogalatia Narbonenſis

Tabula Quarta

Germania magna

Tabula Quinta

Rhetia & Vindelicia
Noricum
Pannonia ſuperior
Pannonia inferior
Illyris
Liburnia
Dalmatia

Tabula Sexta

Italia
Cirnos inſula

Tabula Septima

Sardinia inſula
Sicilia inſula

Tabula Octaua

Sarmatia in Europa
Taurica Cherſoneſus

Tabula Nona

Iazyges Metanaſtæ
Dacia
Myſia ſuperior
Myſia inferior
Thracia
Cherſoneſus

Tabula Decima

Macedonia
Epirus
Achaia
Peloponneſus

Europæ igitur prouinciæ 34.
Tabulæ 10.

Aphricæ Tabula

PRIMA.

MAVRITANIA Tingitana
Mauritania Cæſarienſis

Tabula Secunda

Aphrica
Numidia

Tabula Tertia

Cyrenaica, quæ & Pentapolis
Marmarica
Lybia
Ægyptus
Thebais

Tabula Quarta

Lybia interior
Æthiopia ſub Ægypto
Æthiopia omnibus his auſtralior

Aphricæ prouinciæ 12.
Tabulæ 4.

Aſiæ Magnæ Tabula

PRIMA.

PONTVS
Bythinia
Quæ propriè Aſia dicitur, in qua Phrygia Lycia
Pamphilia, in qua Piſidia
Galatia, in qua Paphlagonia & Iſauria
Cappadocia
Armenia minor
Cilicia

Tabula Secunda

Sarmatia Aſiatica

Tabula Tertia

Colchis
Iberia
Albania
Armenia maior

Tabula Quarta

Cyprus inſula
Syria
Phœnicia
Iudæa Palæſtina
Arabia Petrea
Arabia deſerta
Meſopotamia
Babylonia

Tabula Quinta

Aſſyria
Suſiana
Media

Perſis
Parthia
Carmania deſerta
Hyrcania.

Tabula Sexta

Arabia felix
Carmania.

Tabula Septima

Margiana
Bactriana
Sogdiana
Sacæ
Scytia intra Imaum montem.

Tabula Octaua

Scythia extra Imaum montem
Serica.

Tabula Nona

Aria
Paropaniſadæ
Drangiana
Arachoſia
Gedroſia.

Tabula Decima

India intra Gangem.

Tabula Vndecima

India extra Gangem
Synarum regio.

Tabula Duodecima

Taprobane inſula.

Sunt igitur Aſiæ Prouinciæ quadraginta octo.

Omnes prouinciæ noſtræ habitabilis ſunt 94.

QVæcunq; igitur gētes ſubiacent Zodiaco, preterq; in Sphęra armillari, iīs ſol fit ſupra uerticē à Borea deſcēdēs ad auſtrū aſcendensq; ſimiliter, & aliīs quidem ſemel in anno, aliīs uerò bis. Sunt autem omnes pariter qui ſub Zodiaco habitāt ab occaſu ad ortum ſolis uſque nigri, coloribus Æthiopes, et præcipuè qui ſub circulo æquinoctiali habitāt, iī admodum nigreſcunt. Qui autem extra lineam perpendicularem Zodiaci degunt remiſſiores ſunt colore, & in albedinem tendunt, ſecundum diſtantiæ rationem, uſq; ad Sarmatas Hyperboreos. Eadem eſt ratio Zodiaci ab utraq; parte æquinoctialis, & Boream uerſus & Auſtrum, uſq; ad utroſq; polos.

ADDITIO.

QVum autem dicitur Parallelus eius per medium ſcriptus, rationem habet ad meridianum, quemadmodum in prima Europæ tabula, quam undecim ad uiginti, de partibus loquitur tabulæ Parallelogramæ, quo pacto ſe habeat pars longitudinis ad partem latitudinis. Siquidem unaquæq; pars paralleli per medium ipſius, pars eſt longitudinis, rationem habens ad meridianum, uel partem unam latitudinis quam undecim ad uiginti. Eodem etiam modo in reliquis parallelis unaquæq; longitudinis pars ad unamquamq; latitudinis confertur partem, non tota tabulæ longitudo ad totā ipſius latitudinē. Hinc accidit ut in tabulis quibuſdā longitudo plus cōtineat quàm latitudo, in nonnullis uerò latitudo plus longitudine. Hæc adnotauimus, ne ſpeculationi relinqueremus. Sed ut experientia certa ueritatem indagare poſſemus.

EXPOSITIO

Longitudinis & latitudinis ſingularum tabularum.

Tabulæ Europæ.

EVROPÆ prima tabula continet longitudinem à partibus 7 $\frac{2}{3}$. uſq; ad partes 33. Fitq; longitudo partium 25 $\frac{1}{3}$. Latitudo uerò continet à partibus 51 $\frac{1}{2}$. uſq; ad 63. ita ut latitudo fiat partium 11 $\frac{1}{2}$.

Hæc in græco codice non inuenimus, quia tamen ad maiorem utcunq; conferunt explicationem, adiungenda curauimus.

Secunda à partibus 2 $\frac{1}{2}$. uſq; ad partes 20 $\frac{1}{2}$. Fitq; longitudo partium 18. Latitudo autem à partibus 36. uſq; ad partes 46 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. ita ut Latitudo fiat partium 10 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.

Tertia à partibus 15. uſq; ad partes 29 $\frac{1}{2}$. Fitq; longitudo partium 14 $\frac{1}{2}$. Latitudo uerò à partibus 42. uſq; ad partes 54. ita ut latitudo partium fiat 12.

Quarta à partibus 27 $\frac{1}{2}$. uſq; ad partes 46. Fitq; longitudo 18 $\frac{1}{2}$. Latitudo autem à partibus 46 $\frac{1}{3}$. uſq; ad partes 59 $\frac{1}{2}$. Fitq; latitudo partium 13 $\frac{1}{6}$.

Quinta à partibus 29 $\frac{1}{2}$. uſq; ad partes 47. Et fit longitudo partium 17 $\frac{1}{2}$. Latitudo à partibus 41. uſq; ad 48. Fitq; latitudo partium 7.

Sexta à partibus 27 $\frac{1}{2}$. uſq; ad partes 43. Et fit longitudo partium 15 $\frac{1}{2}$. Latitudo à partibus 37 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. uſq; ad partes 45 $\frac{1}{4}$. Et fit latido partium 7 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.

Septima à partibus 29 $\frac{1}{3}$. uſq; ad partes 40. Fitq; longitudo partium 10 $\frac{2}{3}$. Latitudo autem à partibus 35 $\frac{1}{2}$. uſq; ad partes 39 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Fitq; latitudo partium 4 $\frac{1}{4}$.

Octaua à partibus 42 $\frac{1}{2}$ uſq; ad partes 72 $\frac{1}{2}$. Et fit longitudo partium 30. Latitudo à partibus 46 $\frac{2}{3}$. uſq; ad partes 63 Fitq; latitudo partium 16 $\frac{1}{3}$.

Nona à partibus 42 $\frac{1}{2}$. uſq; ad partes 57 $\frac{1}{2}$. Et fit longitudo partium 15. Latitudo à partibus 40 $\frac{2}{3}$. uſq; ad partes 48 $\frac{1}{2}$. Fitq; Latitudo partium

do partium 7 ½ ⅓.
Decima & ultima à partibns 44 ⅙ usque ad partes 55 ½ ⅓. Et fit longitudo partium 11 ⅔. Latitudo à partibus 34 usque ad partes 42. Fitque latitudo partium 8.

Tabulæ Lybiæ.

PRIMA à partibus 5 usque ad partes 27 ½ ⅓. Et fit longitudo partium 22 ½ ⅓. Latitudo à partibus 26 usque ad partes 36. Fitque latitudo partium 10.
Secumda à partibus 26. usque ad partes 47. Et fit longitudo partium 21. Latitudo á partibus 25 usque ad partes 34 ⅔. Fitque latitudo partium 9 ⅔.
Tertia à patibus 46 ½ ¼ usque ad partes 65. Fitque longitudo partium 18 ¼.
Latitudo uerò à partibus 23. usque ad partes 32. Et fit latitudo partium 9.
Quarta & ultima à parte una, usque ad partes 85. Et Fit longitudo partium 85. latitudo ab æquinoctiali Boream uersus partium 26 ½. Ab æquinoctiali autem uersus austrum partium 16 ⅓ 1/12. uel integrarum partium 17. ita ut si partes Boreales & Australes coniūgantur, fiant partes 43 ½.

Tabulæ Asiæ.

ASIAE prima continet à partibus 55. usque ad partes 72 ½ ¼. Et fit longitudo partium 17 ½ ¼. Latitudo à partibus 35. usque ad partes 44 ½ ¼. Et fit latitudo partium 9 ½ ¼.
Secunda à partibus 64. aut per totam paludē Mæotim à partibus 60. usque ad partes 87. ½. Et fit longitudo partium aut 23 ½ aut 27 ½. Latitudo á partibus 46 ⅔. usque ad partes 63. Et fit latitudo partium 16 ⅓.
Tertia à partibus 70 ½. usque ad partes 87 ½. Et fit longitudo partium 17. Latitudo à partibus 38. usque ad partes 47 ½. Fitque latitudo partium 9 ½.
Quarta à partibus 63 ½. usque ad partes 80 ½. Fitque longitudo partium 17. Latitudo à partibus 28 ½. usque ad partes 38 ½. Et fit latitudo partium 10.
Quinta à partibus 75 ½. usque ad partes 101. Et fit longitudo partium 25 ½. Latitudo autem à partibus 29 usque ad partes 43 ⅓. Et fit latitudo partium 14 ⅓.
Sexta à partibus 65. usque ad partes 104. Fitque longitudo partium 39. Latitudo à partibus 9. usque ad partes 31. Et fit latitudo partium 22.
Septima à partibus 85. aut per totum mare Hyrcanum, usque ad partes 145. Et fit longitudo partium 65. aut 71. Latitudo à partibus 35. usque ad partes 63. Fitque latitudo partium 28.
Octaua à partibus 140. usque ad partes 180. Fitque longitudo partium 40. Latitudo à partibus 35. usque ad partes 63. Et fit latitudo partium 28.
Nona à partibus 101. usque ad partes 119 ½. Et fit longitudo partium 18 ½. Latitudo à partibus 17. usque ad partes 39. Fitque latitudo partium 22.
Decima à partibus 109. usque ad partes. 148 ½. Fitque longitudo partium 39 ½. Latitudo à partibus 11. usque ad partes 39. Fitque latitudo partium 28.
Vndecima à partibus 136. aut per fontes Diamonis fluminis, qui Gangi admiscetur 134 ½. usque ad partes 180. Et fit longitudo partium aut 44 aut 46 ½. Latitudo ab equinoctiali ad Boream partibus 37. Ab æquinoctiali uerò ad austrum 8 ½. uel 9. Fitque latitudo 45 ½. aut 46.
Duodecima & ultima à partibus 116. usque ad 135. Et fit longitudo partium 19. Latitudo ab æquinoctiali uersus septentrionem partibus 12 ½. aut per Cory promontoriū, ita ut Taprobane appareat ad Indiæ situm partibus 13 ⅓. A meridie uerò partibus 6 ½. ita ut si tota colligatur latitudo, fiat partium 19 ½ ⅓. aut integrarum 26.

CLAVDII
Ptolemæi Geographicæ enarrationis
libri Octaui & ultimi
FINIS.

Ex Claudii Ptolemæi Libris

GEOGRAPHICIS O-

cto, totum orbem Agathus Dæmon Alexandrinus Mechanicus deliniauit.

Numerus & ordo parallelorum.	Eleuationes polares parallelorum gr	m	Arcus diurnus longioris diei, in gradibus & minutis. gr	m	Arcus diurnus, in horis & minutijs &c. ho	m	½	Eleuationes polares parallelorum. gr	m	Arcus diurnus longioris diei, in gradibus & minutijs. gr	m	Arcus diurnus in horis & minutijs &c. ho	m	½	Distinctio parallelorum horaria Ptolemæi. ho	m
1	4	10	183	40	12	14	40	4	15	183	46	12	15	4	12	15
2	8	25	187	28	12	29	52	8	30	187	32	12	30	8	12	30
3	12	30	191	12	12	44	48	12	35	191	18	12	45	12	12	45
4	16	25	194	56	12	59	44	16	30	195	0	13	0	0	13	0
5	20	15	198	44	13	14	56	20	20	198	48	13	15	12	13	15
6	23	50	202	30	13	30	0	23	55	202	35	13	30	20	13	30
7	27	10	206	12	13	44	48	27	15	206	18	13	45	12	13	45
8	30	20	209	58	13	59	52	30	25	210	4	14	0	16	14	0
9	33	15	213	38	14	14	32	33	20	213	46	14	15	4	14	15
10	36	0	217	26	14	29	44	36	5	217	32	14	30	8	14	30
11	38	35	221	14	14	44	56	38	40	221	20	14	45	20	14	45
12	40	55	224	56	14	59	44	41	0	225	10	15	0	40	15	0
13	43	0	228	40	15	14	40	43	5	228	48	15	15	12	15	15
14	45	0	232	26	15	29	44	45	5	232	36	15	30	24	15	30
15	48	30	239	52	15	59	28	48	35	240	2	16	0	8	16	0
16	51	30	247	24	16	29	36	51	35	247	38	16	30	32	16	30
17	54	0	254	54	16	59	36	54	5	255	10	17	0	40	17	0
18	56	10	262	26	17	29	44	56	15	262	44	17	30	56	17	30
19	58	0	269	58	17	59	52	58	5	270	20	18	1	20	18	0
20	60	55	285	10	19	0	40	61	0	285	40	19	2	40	19	0
21	62	55	299	32	19	58	8	63	0	300	14	20	0	56	20	0

Maxima Solis declinatio 23. 50. *Ptolemæi tempore.*
Nostra uerò tempestate, 23. 29. *Anno Christi* 1540.

GASPAR TRECHSEL
EXCVDEBAT
VIENNAE.
M. D. XLI.

EVROPAE TABVla prima continet insulam

Albion, siue Britanniam & Hyberniam.

PRima Europę tabula Britannicas continet insulas, cum adiacentibus ei insulis.

Parallelus uerò eius medius, rationem habet ad meridianum, quam undecim ferè ad uiginti.

Circunscribitur autem tabula undique Oceano.

Ab ortu, Germanico.

A meridie, Britannico, & eo qui appellatur Vergiuius.

Ab occasu, Occidentali.

Ab septentrionibus uerò, Hyperboreo, & uocatur Deucalledonius.

Thyle igitur insula maximam diem habet horarum æquinoctialium 20. Distatq; ab Alexandria, occasum uersus, horis duabus.

Hyberniæ uerò Insulæ Ciuitates insignes.

Eiusdem nominis, cuius & insula ciuitas Hybernis, maximam diem habet hor. 18. Distatq; ab Alexãdria, occasum uersus, horis 3. & $\frac{1}{4}$.

Rheba uerò maximam diem habet hor. 18 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum, hor. 3. quinta una.

Albionis uerò Insulæ

Londinium maximam diem habet hor. 17. Et distat ab Alexãdria, occasum uersus, hor. 2 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$.

Caturactoniũ maximã diem habet hor. 18. Et distat ab Alexandria uersus occasum, hor. 2 $\frac{2}{3}$.

Alata castra maximam diem habẽt hor. 18 $\frac{1}{2}$. Distantq; ab Alexãdria, occasum uersus, hor. 2 $\frac{1}{6}$.

Dumna autem insula maximã diem habet hor. 19 $\frac{1}{6}$. Ac distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2.

Vectis uerò insula maximã diem habet hor. 16 $\frac{2}{3}$. Distatq; ab Alexãdria uersus occasum hor. 2 $\frac{2}{3}$ ferè.

Prima igitur Europæ tabula cõtinet longitudinem à partibus 7 $\frac{2}{3}$. usq; ad partes 33. Fitq; Longitudo partium 25 $\frac{1}{3}$. Latitudo uerò continet à partibus 51 $\frac{1}{2}$. usque ad 63. Ita ut Latitudo fiat partium 11 $\frac{1}{2}$.



MARRE HYBERBOR
OCEANUS DUECALLEDONIUS
Orchades insule xxx numero
Thile insula
Clima 7
Clima 6
Clima 5
HIBERNIA
ALBIONIS INSULA BRITANI CA
OCEANUS OCCIDENTALIS
OCEANUS GERMAIC
OCEANUS VERG NIUS
GERMANIE PARS
GALLIE PARS
Mona
Ebuda
Mallos
Monarina
Dumna
Caledonia Silua
Mediolanu
Tamara
Rhenus fl.
Conuenos
Toliatis
Aqua calide
Belge
Trinoantes

Europæ Regionum Traditio Recens

MICHAELIS VILLANOVANI.

De Britannia, & Hybernia.

INsula tota Britanniæ diuisa est in Angliã, Vualliã, & Scotiã. Subdiuiditur Vuallia quę & Cambria, & populi Vualles, in Cornubiã, siue Cornuualliã quę ab ipsis Corneuual dicitur, ad promontaria quæ Ptolemæus uocat Damoniũ, & Ocrinũ, quos populos ipse Cornabios appellat. Itẽ in partẽ eã quæ est inter Sabrianã & Deuã flu. ubi regio quędã dicta Venodocia, hodie Northuuallia, & ppl'i Northuualles, id est, septẽtrionales Vualles, ab alijs dicti Norgales: & regio altera siue ꝓuincia dicta Demecia, hodie Sonthuuallia, & populi Sonthuualles, id est meridionales Vualles: & ꝓuincia alia dicta Vuestuuallia, id est occidẽtalis Vuallia, & ppl'i Vuestuualles. Angliæ & Vuallię rex unus imperat, Scotię alter. Sita insula est in Oceano inter Septẽtrionẽ & Occidẽtem, undiq; à circũfuso mari cõplexa, nusquã iũcta Cõtinẽti, sed ab omni orbe diuisa. Hęc primo Albion, ab albis rupibus (quę primũ illuc nauigãtibus apparent) dicta est. Posteà Britãnia appellata à Bruto, Syluij Posthumi Latinorũ regis filio, duce quorundã Troianorũ, q quadraginta annis post Troiã à Gręcis deletã, classe in hanc insulã uenere: atq; Aborigines, tũc eã incolẽtes, ad unũ occidere. uerũ post Bruti obitũ superior insulæ pars Loëgria dicta est, à Locrino Bruti primogenito, nũc Anglia ab Anglis Saxonibus Germaniæ populis, qui eã incoluere, & Britones ferè oẽs in Vualliã expulere, tertiã insulæ partẽ, quæ olim Cãbria à Cãbro Bruti filio uocata est. Partẽ uerò insulę inferiorẽ ĩ Septẽtrionẽ uergentẽ (quę antiq̃tus Albania ab Albanaco Bruti filio) Scoti occupant, Gallis amicissimi, Anglorũq; regi maxime infesti. Hęc pars tenui freto siue sinu, unà cũ Nouio flu. ab occidẽte, & Vedra flu. ab oriẽte, & medijs Ordolucis mõtibus, quos uocãt Cheuiet, ab Anglia dirępta est. Indiscreti Scotorũ habitus, ĩdiscreta ferè oĩa, subita ingenia, & ĩ ultionẽ prona, ferociaq;. In bello fortes: inedię, uigilię & algoris patiẽtissimi: decenti forma, sed cultu negligẽtiori: ostẽtãt plus nimio nobilitatẽ suã, ut in summa etiã egestate suũ genus ad regiã stirpẽ referãt. Scotię septẽtrionalia tenẽt feri homines, q ideo syluestres dicuntur. Eorũ lingua & uestitus instar Hybernię. Sago & interiore tunica croco tincta uestiũtur. Nudis tibijs & pilosis q̃busdã calciamẽtis. Victus, ferinę carnes, & pisces: quãq; sit eis pecorũ, lactis & casei copia. Arma sunt arcus, sagittę, & lati enses. Venãdi summũ studiũ. Municipali tñ iure utunt̃, nõ ciuili. Reliqui uerò Scoti & Angli cõi lingua ciuiliter degũt. Est in tota ferè insula lapidũ carbonum ad calefaciendũ usus ita cõis, ut mendicãtes à prætereuntibus eos in eleemosynã petãt. Insulæ lõgitudo à Totenesia, in Cornubia, usq; Catenesiã in Scotia 800. millibus passuũ: latitudo. s. à Menenia, in Vualia usq; Doroberniũ. 300. millibus passuũ: & ambitus 3600. millibus passuum. Cęsari commẽtariorum lib. 5. uicies cẽtũ millibus passuũ cõstat. Loca sunt tẽperatiora, q̃ in Gallia, remissioribus frigoribus, caloribusq;: opima frugibus, atq; arboribus, & alẽdis apta pecoribus, ac iumentis, quorũ est magnus numerus, & p̃cipuè ouiũ, quia nulli sunt lupi. Vinũ olim nõ gignebat, iã uerò uineas habet in q̃busdã locis. habet aurũ, argẽtũ, ferrũ, plũbũ, stagnũ & carbonẽ abũdẽ: hinc efferũtur pelles, & canes ad uenãdũ aptissimi. habet p̃grãdia flumina piscosa, alternis motibus bis quotidie modò ĩ pelagus, modò retró fluẽtia, habet fontes salinarũ, habet & fontes calidos: habet gẽmas, margaritas, & lapidẽ Gagatẽ plurimũ, optimũq;. Dies lõgissimus horarũ 18. depreheẽditur, & ęstate lucidę sunt noctes. Hoĩum est infinita multitudo, qui diu uiuũt. In bello sunt intrepidi, optimiq; sagittarij, opulentissimi, & mercimonijs uel maxime dediti, celebresq; nobili panno, ob bonæ lanæ copiam. Pręter alia musicam, & lautas mensas propriè sibi uendicãt. Cæruleis sunt oculis, & facie adeò uenusta, & statura procera, ut Beatus Gregorius cũ fortè Anglorũ pueros Romę uideret uenales (alludẽs patriæ uocabulo) Bene (inquit) Angli dicũtur, quia uultu nitẽt ut Angeli, oportet illis iter salutis ęternæ administrare: quod factũ est (ut ait Beda) anno à uirgineo partu 156. Lucio Britannorũ rege id per epistolã ab Eleuterio Papa postulãte, Antonio & Cõmodo Romę imperãtibus. Nuper aũt ab eccl'ia Romana desciuerũt sicut bona Germanię pars. Sunt in Anglia Archiepiscopales sedes duæ, Cantuariẽsis & Eboracẽsis. Episcopales 19. ciuitates ferè 50. oppida 136. ꝓuinciæ 63. Ducatus uerò & comitatus pauci admodũ. Hybernia alia insula huic uicina quã Hyrlandiã uocãt, Anglorũ regi utplurimũ paret, ad occidẽtem posita, dimidio q̃ Britãnia minor. Adeò pabulosa est, ut ibi pecuaria (nisi ęstate à pastibus arceant̃) in periculũ agat saties. Nullũ noxiũ aĩal gignit, nõ araneã, nõ ranã, nec alit aliũde inuecta. Oĩa noxia aĩalia ab alio asportata solo, pulueri iniecta necat. Apes in ea nõ reperiũtur. mira cœli tẽperies, fertilitas insignis. Gẽs tñ inhospita, inculta & crudelis. Venationi & ludis, magis q̃ agrestibus operibus dediti. Ab Hyberno Hispano, tridui nauigatione in eã uecto dicti sunt Hyberni. Vnde factum, ut in plerisq; ritum eorum referant Hispanorum, qui eis sunt uicini, nempe Cantabrorum.

EVROPAE TABVLA secunda continet Hispaniam

BAETICAM, HISPANIAM Lusitaniam, & Hispaniam Tarraconensem.

SECVNDA Europæ tabula continet Hispaniam totam, in tres prouincias partitam, cum insulis sibi adiacentibus.

Parallelus autem per eius medium ductus, rationem habet ad meridianum, quam tria ad quatuor ferè.

Terminatur autem tabula

Ab oriente, Pyreneis montibus.
A meridie, Baleарico & Iberico pelago, fretoq; Herculeo, & parte exterioris maris.
Ab occasu, occidentali Oceano.
A septentrionibus autem, Oceano Cantabrico.

Lusitaniæ prouinciæ.

Norba Cæsarea maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$ ferè. Distatq; ab Alexãdria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$ ferè
Augusta emerita maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horis 3 $\frac{1}{2}$ ferè.

Bæticæ.

Ispalis habet maximam diem hor. 14 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexã. uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$.
Corduba maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{3}$.

Tarraconensis.

Asturica augusta maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{3}$.
Noua Chartago habet maximam diem hor. 14 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$.
Tarracon maximam diem habet hor. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.
Clunia maximam diem habet hor. 15 Et octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{4}$
Cæsarea augusta maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3.
Gadira insula maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. 3 $\frac{2}{3}$.

Secunda uerò Europæ tabula continet à partibus 2 $\frac{1}{2}$ usq; ad partes 20 $\frac{1}{2}$. Fitq; Lõgitudo partium 18. Latitudo autem à partibus 36 usq; ad partes 46 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.
Ita ut latitudo fiat partium 10 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.


SINVS CANTABRICVS
GALLIE PARS
Clima 6
OCEANVS OCCIDENTALIS
HISPANIA
TARRACONENSIS
LVSITANIA
BETICA
HISPANIA
Pyrenes mons
Baleares insule dicte gimnesie
Clima 5
MARE BALEARICVM
Pithiuse insule due
MARE IBERICVM
Londobriec
Gallaici
Callaici
Lusitani
Celtici
Celtiberi
Edetani
Contestani
Autrigones
Varduli
Cerretani
Indigete
Ilergetes
Oretani
Bastetani
Turduli
Herculeum fretum
Castulon
Valentia
Carthago
Ebusus
Gadira
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
46
44
43
42
41
40
39
38
37

De Hispania & eius ad Galliam comparatione.

HISPANIA Vini, Frumenti & Carnium copia uincitur à Gallia, eorum bonitate & sapore uincit. Pluuiarũ multitudine Gallia fœcunda, Hispani irriguis aquis plurimum utuntur, fossas seu riuulos à magnis fluminibus longissimè trahendo. Septentrionalibus uentis & frigoribus hæc ut illa non fatigatur: unde oleum, mel, crocum, orizam, rubiam, minium, coccum, saccarum, spartum, libanotidem, lauẽdulam, limones, cappares, dactilos, citrea mala & punica, aliosq; aromaticos fructus abundantius producit. Hispanorum temperatura calidior siccior q;, & color obscurus: Gallorum frigidior, humidior, caro mollis, & albicans color. Gallicarum fœminarum maior ad prolem fœcunditas quàm Hispanicarũ. Grandioribus corporis membris Galli muniti, Hispani durioribus, arctissimo ad cingulum corpore. Galli maiori ferocia quàm arte pugnant, & plus uirium quàm consilij in bella ferunt: Hispani contrà. Est semper Hispania equorum pernicitate commendata, quos leuis armaturæ equites tybijs contractis pulchre obequitãt, hastiludia & militares omnes actus sæpius quàm Galli exercentes: sunt tamen Gallorum cataphracti equites in precio. Galli ore libero, Hispani taciturni: qui dissimulare melius norint. Galli læti, alacres, & in conuiuia proni, hypocrisim & grauitatem quàm seruant subtristes Hispani, penitus refugiunt. Sunt enim Hispani in symposijs minus sociales, cerimoniosi, nescio quàm seueritatem affectantes, quod Galli non curant. Merum potant Galli, Hispani multa aqua dilutũ. Apud Gallos aduenæ humanissime excipiuntur hospitijs, nullum eis denegatur officiũ, ad uictum omnia parata proponuntur. Apud Hispanos duriter & inciuiliter, ut itinere fessus sibi cibum uicatim quærere cogatur. Id efficit quod Hispani non sunt in itineribus ita frequentes, noluntq; tam largiter pro edulijs pecuniam effundere: nec ad seruicia exhibenda ita sunt proni, ut nec principi cuiuis rusticus operã dignetur impendere, si uisum non fuerit. Hispanicus sermo grauior, Gallicus suauior. Elegantiori inter Hispanos oratione Castellani latissimi populi utuntur: in Gallia uix scias, quæ urbs uerè Gallice loquatur, ut sit sermo ille magis nobilium & curialium, quàm alicuius certi loci peculiaris. Est etiam Hispanicus sermo latino propinquior. Latior solo Hispania, sed non ita populosa: auro & argento ditior, sed nõ mercaturæ negociatione: nec tot redditus ex hac sicut ex illa regi colligũtur. Gallici soli nulla ferè pars est ociosa, Hispanici plura sunt inculta & deserta loca. Aucupiũ & uenatio maior in Gallia & plures altilibus etiã si carius emptis, uescuntur. Ex Hispania in Galliã mercatores deferunt Serici, & omnis generis pannos, lanas, crocum, saccarum, orizam, oleum, alumen, grana tinctorũ, gẽmas & aromata ab Indis accepta. Ex Gallia in Hispaniã frumentũ, lineas telas, filũ, glastũ, qd' & pastel uocant, libros, & minutiora alia mercimonia plurima, ut gladios, specula, acus, &c. Est in Hispania Principũ uirorũ, Ducũ, marchionũ, comitũ, & uaronũ ingens numerus. In Gallia est quidẽ nobiliũ copia, sed maiorũ dignitatũ pauci admodum principes: quod regis opulentiã auget, qui solus omnia possidet. Duces numerantur in Hispania uiginti, quorum cuiusq; annuus census quinquaginta ac sexaginta ducatorum millia conficit. Marchiones uiginti, tantundẽ ferè reddituũ percipientes. Comites sexaginta, quorum annuus redditus à decẽ ad uiginti millia est ducatorũ, & aliquorũ plus quàm quinquaginta. Alij Vicecomites, uarones prouinciarũ præfecti quos uocãt adelãtados, uicereges, gubernatores, mariscales, alcaldes, omnes principes uiri, mihi sunt incomperti. Sunt ordinum equitum magni Magistri, ut Sancti Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, Rhodiẽsiũ, sancti Ioannis, Montesæ, equitum quos uocant de Christus, & alij cognomento Dauis. Horum cuiusq; redditus millia ducatorũ est quinquaginta & plus. Quo ad ecclesiasticas dignitates superior est numero Gallia. nam Archiepiscopos habet duodecim, Episcopos nonaginta sex: Hispania Archiepiscopos nouẽ, Episcopos quadraginta sex. Cardinaliũ in utraq; par ferè octonarius numerus, quod tamen non est perpetuũ. Archiepiscopi uerò sunt perpetuo nouem, quatuor Castellani, Toletanus, Ispalẽsis, Granatensis, & sancti Iacobi: duo Lusitani Oliosyponẽsis, & Bracarensis: Cæsaraugustanus deinde, Valentinus, & Tarraconensis. Redditus horũ maiores in Hispania, ut unica Toletana ecclesia ducenta millia ducatorum annuatim colligat, & solus Archiepiscopus octuaginta millia. Reliquorũ oĩm cẽsus & noĩa describerẽ, nisi essem forsan lectori morosus. Vice parlamentorũ Galliæ, quatuor sunt in Hispania iuridici conuẽtus, in Castella Granata Galicia & Nauarra. Cæterũ iurisperitorũ, & foro litigantiũ, multo maior in Gallia numerus. Fidei quos uocãt inquisitores in Marranos hereticos & Sarracenos, magnã sibi in Hispania uendicãt autoritatẽ, & seuerissime aniaduertũt. Est aliud iustitiæ genus mirabile, quod uocãt, hermãdad, est enim ciuiũ fraternitas iurata, ut in ictu cãpanæ ex urbibus singulis multa hoĩm millia prodeant, & eum qui deliquerit per uniuersam ꝓuinciam persequãtur: nũcijs cursoribus ad alias oẽs ciuitates præmissis, ut penè impossibile fuerit euadere. deprehẽsum palo uiuũ alligatũ sagittis cõficiũt. Regna fuerunt in Hipania Maurorũ tẽpore plurima, nuper q̃uinq; reges totã obtinuerũt, Castellæ, Aragonũ, Portugalliæ, Granatæ, Nauarræ. Vnus hodie Carolus Cæsar rerũ oĩm potitur, Portugallia excepta, quæ propriũ habet regẽ. Inquietus est & magna moliẽs Hispanorũ animus, felicis sunt ingenij, sed infeliciter discũt, ut alibi potius quã in ipsa Hispania Hispanũ doctũ inuenias. Semidocti, iã se doctos putãt, sapientiã maiorẽ quã habeãt simulatione & uerbositate quadã ostentãt, sophisticẽ plus satis diligũt, lingua Hispanica plus quàm latina in Academijs loqui gaudẽt, quin & Maurorum uocabula plurima usurpãt: tandẽ multis noĩbus & cõsuetudinibus barbariẽ colũt. Ingenij sui monumẽta ob linguæ defectũ raro ꝓducunt, & ipsi semꝑ aliũde libros emẽdicant. Illud certe barbarum à Gallis censetur, quod Hispanicæ fœminæ aurea uel argentea uirgula auriũ ima perforant, gemma aliqua ut plurimũ appẽsa. Ligneo etiã circulo aut nescio quibus clitellis uentrẽ ambiunt, ut latiore incessu pomposiores appareãt. nec domo egrediũtur, nisi famulorũ præcedẽtiũ & ancillarũ sequẽtium comitante caterua: Gallicæ uerò simpliciter, & una uix pedissequa comite. Vtuntur etiã Hispanicæ fœminæ crepidis altitudinis interim pedalis & sesquipedalis, ut quasi super turres ambulare uideantur. Illud in Hispanicis fœminis laudandũ, ꝙ priscarum Romanarũ instar, uino plurimũ abstinẽt. illud uituperandũ, ꝙ collyrio, minio & cerusa faciem deformãt, quia natiuo colore sunt minore quã Gallicæ. Habẽtur etiã Hispani in religionis ritibus supra mortales oẽs superstitiosi: per regis soliũ & eius uitam gẽtilitio more iurant, & oscula manuũ in salutatiõibus supplicant. Nomẽ aliquod à paucis annis bellica fortitudine Hispani sunt adepti, plurimis ab hoste partis uictorijs, ut qui laborũ, sitis, & famis in acie sint tollerantissimi, & in stratagematibus cautissimi, leui corpore, ut facile hostẽ fugiant & sequãtur. Frugalis uitæ, sicut & Itali, nec tantum cibi & potus ut Galli & Germani absumẽtes: nisi sint inuitati. nã tunc se ad saturitatẽ explẽt edulijs, quia rara eis & maiori auiditate accidunt conuiuia. Oceani nauigationibus ad incõpertas regiones toto orbe sunt clarissimi. uersus meridiẽ Aphricæ fines primi circũnauigauere, adusq; Calecut & alias orentis insulas: quod iter Lusitanorũ siue Portugallẽsiũ est peculiare. Ad occidentẽ Castellani ꝓgressi, post insularum auro diuitũ multitudinem, quàm inuenere & imperio suo subiecere, ad ipsum etiã Oriẽtalis Indiæ continentẽ sunt perducti, in quo indies magis & magis lustrando persistunt. Regionũ quoq; quæ sub Australi polo sunt, notitiam nuper adepti.

EVROPAE TABVLA tertia continet Galliam

Aquitaniam, Lugdunensem, Belgicam, & Narbonensem.

TERTIA Europæ tabula continet Gallias, in quatuor prouincijs, cũ insulis sibi adiacentibus.

Medius ipsarum parallelus rationem habet ad meridianum, quã duo ad tria.

Circunscribitur autem tabula.

Ab ortu Italia & Rhetia ac Germania, à meridie mari Gallico.
Ab occasu montibus Pyreneis, & Oceano Aquitanico.
A septẽtrionibus Oceano Britannico.

Aquitaniæ Celtogallatiæ.

Mediolanium maximã diem habet hor. 15 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.
Burdigala maximã diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{3}$ ferè.

Lugdunensis Galliæ.


Augustodunum maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{3}$ & $\frac{1}{6}$.
Lugdunũ maximã diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria, uersus occasum hor. 2 & $\frac{1}{2}$ ferè.

Belgicæ Galliæ.

Rigiacum maximam diem habet hor. 16 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{2}$. ferè.
Durocotturũ maximam diem habet hor. 16 cũ octaua. parte. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.

Narbonensis Celtogallatiæ.

Massilia maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{2}$.
Narbon & ipsa maximam diẽ habet hor. 15 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{2}$. & decima parte.
Vienna maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 & $\frac{1}{2}$.
Nemausus maximã diem habet horarum 15 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{2}$.
Tertia ergo Europæ tabula cõtinet à partibus 15. usq; ad partes 29 $\frac{1}{2}$. Fitq; Lõgitudo partiũ 14 $\frac{1}{2}$. Latitudo uerò à partibus 42. usq; ad partes 54. Ita ut Latitudo partium fiat 12.



ALBIONIS INSVLE PARS
OCEANVS BRITANIC·
OCEANVS AQVITANIC·
HISPANIE PARS
GERMANIE PARS
CLIMA ·7·
CLIMA ·6·
Miliaria 30
Morini
Tongri
Ambiani
Beluaci
Menapij
Atribatij
Vbanetti
BELGICA
Romandi
Neruij
Germania inferior
Germania superior
GALLIA
Vessones
Treberi
Nemeti
Vangiones
Remi
Parisij
LVGDVNEN
SIS
Carnute
Tricasij
Senones
Aulirci diablite
Veneti
Sequana fl.
AQVITANIA
Santones
Pictones
Bituriges
Vibisti
Burdigala
Ausci
Tarbelli
Conuenae
Rutani
Turonij
GALLIA
Segusiaci
Edui
Lugdunum Metropol.
Auerni
Vienna Alobriges
Vocontij
Memini
Tricastini
NARBONENSIS
GALLIA
Salies
Massilia
Arelatu
Volcae Tectosages
Tolosa
Agatha
Blascon
Stichades
Eluetij
Sequani
Lingones
Leuci
Mediomatrices
Tribori
Rauraces
Adulas mons
Agustodunum
Cemmeni montes
Pyrene

De Gallia.

GALLORVM nomen magno fuit olim Romanis,Græcis & Asiaticis terrori,
capta dirutaq́ ab eis Roma,uictis Macedonibus,& subacta ea Asiæ parte,quæ
ab eis Gallatia,siue Gallogręcia dicta est. Mira fœminarum Gallicarum fuit,&
est fæcunditas,ut plurimas semper emiserit Gallia colonias:nec hodie potest
Gallicum solum eos ferre,quin multa milia,inferioris sortis homines,in Hispa
niam ac Germaniam quotānis migrent. Soli item fœcunditas nō minor,ut Itali & Hispani sæ
pissime soleant à Gallis frumenta desyderare.unde Mantuanus:terra hominum frugūq́ ferax.
Galli primo dicti à lacteo & candido colore,γαλα enim lac dicitur. Franci hodie uocantur,à Frā
cis Germanię populis,à qbus Gallia ferè tota subacta est. Si mores hominū nosse cupis: Ignea
mens Gallis,mobile pectus,rerum sitibundi nouarum,lęti,alacres,& in conuiuia proni. Causi-
dicorū nomen apud Iuuenalem obtinuere Galli,hodieq́ tenent,ut qui forensia litigia pro re in
terim minima cōcitent: quod Germani & Hispani nunq́ nisi coacti faciunt. Vnde affirmare
ausim,plures esse aduocatos,procuratores,& tabelliōes in una Gallia,q̄ in decem Germanijs
ac Hispanijs. Senatorum ordines, Parlamēta uocant,in aliquot urbibus pulchrè sunt instituti.
ut Parisijs,Rothomagi, Tolosæ, Burdegaliæ,Gracinopoli &c. Quatuor cuiq́ pręsides.& cō
siliarij plurimi. Hi quasi Druidum concilij successores,de rebus magnis,& appellatione remo-
ta,sententias ferunt,Arresta uacant,quæ deinceps pro lege seruantur. Nec causidicis tantū,sed
aliarum omnium disciplinarum professoribus est Gallia referta. Testis Parisiensis Academia,
post ipsam Tolosona iurisperitorum mater,& aliæ plurimæ:sed omniū quæ in orbe sunt, cla-
rissima Parisiensis. Ad quam uniuersi ex Europa ferè Christiani ad theologiam ,philosophiā,
ac liberales cæteras disciplinas ediscendas cōcurrunt. Duodecim pręterea uiros,Francię pares
appellatos,à Caroli magni tempore obseruant Galli. Sex sunt ecclesiastici , quorū tres duces,
Remensis archiepiscopus,Laudunensis,& Lingonensis. Tres comites episcopi , Bellouacēsis,
Nouionensis,Catalunensis. Secularium tres duces, Burgundus,Normannus, Aquitanus. co-
mites tres Flandrensis,Tolosanus & Campanus. Horum sex nullus extat,ipsomet Rege illos
sibi titulos uendicante. Flandrię porrò comitatū Carolus Cæsar possidet,cum Burgundiæ co-
mitatu Holanda & Brabant. Cætera quæ in hac tabula continentur rex ipse possidet , excepta
Reni ripa. Lotaringia etiam proprium habet ducem. Caletes Anglorum regi parēt. Heluetio-
rum regio democratia regitur. De Rege Gallię duo memoranda feruntur. Primum,quòd sit in
Remensi ecclesia uas crismate perenni redundās,ad regis coronationē cœlitus missum,quo Re
ges omnes liniuntur. Alterū,quòd Rex ipse solo cōtactu strumas siue scrofulas curet. Vidi ipse
Regem plurimos hoc langore correptos tangentem,pluresq́ senatos passim audiui.

EVROPAE TABVLA
quarta continet
Germaniam magnam.

QVARTA Europæ tabula continet Germaniam magnam, cum insulis sibi adiacentibus.

Medius ipsius parallelus rationem habet ad meridianum, quam tria ad quinque.

Terminatur autem tabula.

Ab oriente Iazygibus Metanastis, & Sarmatia Europæ.

A meridie Rhætia, & Norico, & duabus Pannonijs.

Ab occasu Gallia Belgica, per Rhenum fluuium.

A septentrionibus Germanico Oceano.

Germaniæ ciuitates insignes.

Amasia maximam diem habet hor. 16 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horis duabus ferè.

Luppia maximam diem habet horarum 16 $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{2}{3}$.

Rhobodunum maximã diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{3}$.

Scandia insula maximã diem habet hor. 18. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1.

Quarta Europæ tabula continet à partibus. 27 $\frac{1}{2}$. usque ad partes. 46. Fitque Longitudo partium. 18 $\frac{1}{2}$. Latitudo autem à partibus. 46 $\frac{1}{3}$. usque ad partes. 59 $\frac{1}{2}$. Fitque Latitudo partium. 13 $\frac{1}{6}$.


OCEANUS
GERMANICUS
GALLIE PARS
SARMATIAE PARS
MAGNA
GERMANIA
Unus grad' longitudinis continet miliaria 32 1/2
miliaria 36 1/2
miliaria 40
Cymbri
Charudes
Scandie insule
Scandia
Alocie insule
insule Saxonū
Sigulones
Saxones
Chali
Phrisij
Cauchi maiores
Cauchi parui
Angli
Suevi
Sicambri
Longobardi
Chaute
Tubanti
Vargiones
Sudete montes
Vandali
Luti
Eluones
Burgunte
Sidini
Rugij
Semnones
Silinge
Lutburi
Cogni
Turoni
Visburgi
Curiones
Gabrita silua
Chaetaori
Sudini
Luna silua
Bemigeite magna
Vindeline pars
Rhetie pars
panonie superioris pars
panonie inferioris pars
Iazigū metanestarū pars
Carpates
danubius fl.
Rhenus flu.

De Germania.

GERMANIA olim, si Tacito credimus, horrida syluis, & paludibus erat infœcũda, frugiferarũ arborũ & oĩs culturæ impatiens. Nũc uerò adeò tota colit̃, ut Hercynium nemus uix memoretur. Indigenas esse, nec aliũde gentẽ migrasse, plerięꝫ cõtendunt. Alij Teutoniã à Tuiscone Noë filio, & Alemaniã à Mãno eius nepote dictã testant̃. Dicta & Germania, quòd ueluti germani fratres conditione pares uiuerẽt. Lata ab initio regio, & latior ꝓprio marte facta, nã Rheno Danubio & Vistula fluminibus Ptolemæi descriptione gens cõclusa, undiquaqꝫ imperiũ & linguã ꝓrogauit. Rhenũ trãsgressa, Belgicæ Galliæ maximã partẽ occupauit, nempe Heluetiam, Alsatiam, Vastum regnũ, Eysaliam, Brabantiam & Geldriam: quarum regionum incolæ, non Gallicè, sed Germanicè loquunt̃, & Germanici sunt imperij. Vltra Danubiũ etiã Rhetiã, Vindelitiã, Noricũ, & superiorẽ Pãnoniã, Alpes, partẽqꝫ Illiriæ, Germãnici noĩs fecit. Post Vistulam insuper, Prusiã & alias Sarmatiæ partes, Teutonici milites subegere. Demum Romanũ nacti sunt imperiũ. Cæterũ imperatori nõ admodũ parẽt: munitis ciuitatibus sese in libertatẽ uindicantibus, ecclesiasticis & alijs principibus reliqua occupantibus, ut Cæsari nudũ ferè nomẽ supersit. Septem Germaniæ principes imperatorẽ ipsum eligũt. Rex Bohemiæ, Comes Palatinus, qui & dux Bauariæ, Dux Saxoniæ, Marchio Brãdeburgensis, Archiepĩ tres, Coloniẽsis, Treuerẽsis, & Magũtinensis. Mogono siue Meno flumine, uulgo dicto Mein (qui à Bohemię mõtibus occasum uersus, Bambergam, Herbipolim, & Francfordiã, totius Germaniæ emporiũ abluit, ac è regiõe Maguntię Rheno miscetur) diuidit̃ Germania in superiorẽ & inferiorẽ. Superioris Germanię sunt, Heluetia, Alsatia, Sueuia, Frãconia, Bauaria, Austria, & Stiria. Inferioris sunt, Holandia, Flandria, Brabant, Hasia, Vuestphalia, Saxonia, Phrisia, Pomerania, Prussia, Thuringuia, & Misnia. Vinum olim nõ producebat regio, hodie frequẽs uinearũ cultus, maxime circa Rhenum, tametsi in inferiori Germania ex frumẽtis & pomis potũ cõficiãt. Argẽto abũdat, ut Itali Galli & Hispani argẽtũ à Germaniæ negociatoribus passim quęrant. lapidẽ etiã lazuli, Beryllũ, Cristallũ, & Amatistem. Pelles quoqꝫ syluestriũ ferarũ ꝑciosissimas. Germanorum uestitus humilior, sed nostro modestior, rarusqꝫ apud eos serici usus. Magnus pileus, enses lati obtusa cuspide, toga nõ lõga, nec breui palliolo utunt̃. fœminę ocreas pro caligis gestãt, tenuissima tela ad caput gyrũ circũducũt. reliqua etiã earum ornamẽta sunt ferè linea tenuissime cõplicata. In ciuili societate nõ facile rixant̃ Germani, nisi fuerint uino correpti. tunc enim primũ abiectis mẽsis pocula frãgunt, ac demũ pugnis aut gladijs decertãt. Hyemẽ in hypocaustis ob frigoris uehemẽtiã degũt. Rusticorũ agricolarũ misera conditio, q casis è luto lignoqꝫ à terra paululũ eductis, & stramine contectis, sparsi in rure uiuunt. Panis cibarius puls auenacea, aut decoctũ legumẽ: potus, aqua, serúm-ue, Singulis pagis præfecti sunt, quos uocant Scultetos, qui rusticos irremissa seruitute exercẽt, uexãt, & exugũt. Hinc factũ ut nostris temporibus rusticorum uiderimus seditionẽ, & in nobiles cõiurationẽ: sed succũbunt semper miseri. Prædiorũ quæ possidẽt maior pars nõ sua est, sed illorũ à quibus certa frugũ parte quotannis redimũt: quibus & rus colunt, fructus metunt, horreis important, ligna secãt, domos ędificant, fossas fodiunt, Nec est qui iussa facere audeat recusare. In urbibus ornatior politia: magistratus deligunt, qui de capite animaduertũt, & omnia meri imperij iura exercẽt: nõ iuxta Cęsaris leges, sed prout ratio & consuetudo dictat. Sunt uiri Germani rutilo colore, grandioribus mẽbris, bello strennui: sitis tamen, famis æstus & iugis laboris sunt impatientissimi: ad primos impetus subita & præceps natura: probi, ueraces, minimè astuti: raro unus alium in negociatione decipit, quod tamen Galli & cęteri sępius faciunt. Sunt etiam Germani in dei cultum propensi, semel tamen imbutas opiniones non facilè deserunt, nec in schismate queunt ad concordiam reduci, sed hæresim quisqꝫ suam ualidè tuetur.

EVROPAE TA bula quinta continet Rhętiam & Vindeliciam, Noricum, Pannoniam superiorem, Pannoniam inferiorem, Illyridem, Liburniam, & Dalmatiam.

EVROPÆ tabula quinta cõplectitur Rhætiã, & Vindeliciã, ac Noricũ, duasq; Pãnonias, & totam Illiridem, cum insulis sibi adiacentibus.

Medius eius parallelus rationem habet ad meridianum, quam quadragĩtatria ad sexaginta.

Circumscribitur autem tabula

Ab oriẽte Iazygibus Metanastis, & Mysia superiori.

A meridie parte Macedoniæ, & sinu Adriatico, & parte Italiæ.

Ab occasu parte Galliæ.

A septentrionibus Germania, per fluuiũ Danubium

Rhæthiæ

Brigantiũ maximam diẽ habet hor. 15 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum horis duabus.

Vindeliciæ

Augusta Vindelicorum maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ ferè. Et distat ab Alexãdria uersus occasum ho. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Norici

Aredate maximam diem habet ho. 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. 1 $\frac{2}{3}$.

Iulium Carnicũ maximã diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$. & quid parum. Distatq; ab Alexãdria uersus occasum hor. 1 $\frac{2}{3}$.

Pannoniæ superioris

Pætouium maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{2}$.

Sacarbantia maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{3}$.

Emona maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{2}$ & aliquid plus. Distatq; ab Alexãdria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{2}$.

Pannoniæ inferioris

Serbinum maiorem diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$. Et distat ab Alexandria, uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{3}$.

Sirmium maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1.

Illyridis

Iadera Liburniæ maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{3}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{3}$.

Sidrona maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$ ferè. Et distant ab Alexandria ad occasum hor. 1 $\frac{1}{6}$.

Salonæ Dalmatiæ maximam diem habẽt hor. 15 $\frac{1}{4}$. Et distant ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{6}$.

Narbona maximam diem habet horar. 15 $\frac{1}{4}$ ferè. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hora 1.

Scardona insula maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{3}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{3}$ ferè.

Quinta Europæ tabula continet à partibus 29 $\frac{1}{2}$ usq; ad partes 47. Et fit Longitudo partiũ 17 $\frac{1}{2}$. Latitudo à partibus 41 usq; ad 48. Fitq; Latitudo partiũ 7.



MAGNE GERMANIE PARS
Alpes
RETIA
VINDELICIA
NORICV
PANONIA SVPE RIOR
PANO NIA IN FERIOR
IAZIGV METANA STARV PARS
DATIE PARS
Carpatus mons
danubius fl.
HISTRIA
Vene tias
SINVS
HADRIATICVS
ITALIE PARS
ILLY RIS
LYBVR NIA
DAL MA TI A
Myse Sup ioris pars
MARE LIGVSTICVM
CVRSICE PARS
MACEDO NIE PARS
Ethala
Capraria
Gorgonus
Ilua
planasia
Corcyra
Meligina
pharia
Tragurium
diomede insule
Brixante
Vennontes
Leuni
Senates
Ambidraui
Noricu
Celia
Aquincu
Salina
Carpis
Mursella
Sirmiu
Bassiana
Salona
Narona
Epidaurus
Scardona
Sisapia
Tergestum
Hermona
Alvona
Flanona
Montes
Breuci
Scordisci
Saus fl.
Cornacu
Tibiscus fl.
Apsorus insula
Salomana
Lissus
Scodra

De Sueuia.

SVPREMA portio totius Germaniæ Sueuia est, duobus clarissimis fluminibus, Rheno, & Danubio irrigata. Quorum alter modico fluxu in occidentem Oceano miscetur. Hic è diuerso in orientem per innumeras gentes uolutatus, põtum influit. Terra partim plana, partim mõtosa. Ager fertilis, cuius nulla pars inculta iacet, præter quàm aut lacus, aut montes, uel syluæ occupãt. Nemora in ea multa, & ob id gẽti uenatio frequens, aucupium peculiare, frumentorum abundantia, pecorum magna uis. Cõualles plurimæ, perennis riuis, clarissimi undiq; amnes procurrunt, qui se uniuersi in Rhenum & Danubium exonerant. Tota insuper prouincia salubritate gaudens, celebratissimis urbibus, uicis, & castellis refertis. Arces excelsæ, natura & arte munitæ. Et (quod ad Christianam religionem pertinet) pulcherrimis atq; ditissimis templis, collegijs, monasterijs uariorum ordinum, sexus utriusq;. Basilicis, parrochialibusq; ecclesijs est exornata. Circa montes ferrum, argẽtum, & metalla procreat. Gens populosa, fortis, audax, & bellicosa, procera corpore, flauo crine, uenusta facie, & decora. Ingenio singulari prædita, præstantissima Germanorum à Plutarcho dicta.

De Bauaris.

BAVARIA Germaniæ prouincia, ab Auaribus Hunnorum reliquijs, qui Noricis expulsis, in ea terra consedere, adiecta B litera, appellata. Boioaria etiã à Boijs Cisalpinæ Galliæ populis, in his locis aliquando moratis dicitur. Noricum olim fuit. Hungariam ab oriente habet, ab occidẽte Sueuiam, à meridie Italiã, à septentrione Franconiam atq; Boëmiam. Danubio insigni fluuio ex Sueuia profluente irrigatur. Austriã, Styriã, & Carinthiã in se cõprehendit, quòd ijdem fere homines, ijsdem moribus atq; lingua utantur. Noricis prætereà finibus quõdam contenti erant. Beatus Lucius Britanniæ rex primum, deinde Rupertus, ultimo Bonifacius Moguntius Archiepiscopus Christianam pietatem edocuit. In quatuor episcopatus Bauaria diuiditur: Saltzburgeñ. Patauieñ. Phrisingeñ. & Ratisponeñ. Nulla Germaniæ prouincia pluribus, cultioribúsue urbibus illustratur. Gẽtis mores, uiuendiq; instituta ex legibus, quas orthodoxa fide recens suscepta habuere, cognosci possunt. Victus eorum caules & porcorum carnes, quorum capitibus specialiter oblectantur in conuiuijs.

EVROPAE TABVLA

Sexta continet Italiam

&

Cyrnum insulam.

SEXTA Europæ tabula cõtinet Italiã totam, & Cyrnũ insulam, cũ insulis Italiæ adiacentibus Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum, quam tria ad quatuor.

Terminatur autem tabula

Ab ortu sinu Adriatico, & Ionio pelago

A meridie, partim Adriatico, & Tyrrheno, necnon Ligustico mari

Ab occasu alpium montibus, qui iuxta Galliam sunt

A septentrionibus alpiũ, qui sub Rhætia & Vindelicia sunt, montibus, ac Alpino monte, qui sub Norico est, uocaturq; Caruãga, & parte sinus Adriatici.

Insignes Italiæ ciuitates

Roma regia maximã diem habet hor. 15 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{2}$.

Nicæa Massiliensium maxima diem habet hor. 15 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{6}$.

Tarracinæ maximam diem habent hor. 15 Et distant ab Alexãdria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{2}$.

Neapolis maximam diem habet hor. 15 ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 & $\frac{1}{3}$.

Brundusium maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. 1, & quinta parte.

Ancon maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Rauenna maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{2}{3}$.

Aquilegia maximam diem habet ho. 15 $\frac{1}{2}$ Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ ferè.

Beneuentus maximam diem habet hora. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{4}$.

Capua maximam diem habet horarũ 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{3}$.

Cyrni insulæ

Valeria maiorẽ diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 ferè.

Mariana maximam diem habet hor. 15 Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 ferè.

Sexta Europæ tabula continet à partibus 27 $\frac{1}{2}$. usq; ad partes 43. Et fit Longitudo partium 15 $\frac{1}{2}$. Latitudo à partibus 37 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ usq; ad partes 45 $\frac{1}{4}$. Et fit Latitudo partium 7 $\frac{1}{12}$.


MARE
HADRIA
TICVM
MARE TYRENVM
ITA LIA
CVR
SICA
Sardinie pars
Sicilie pars
illiridis sive liburnie pars
Gallie pars
Venetia
Roma
Miliaria 44
Milia 47
Milia 49

De Italia.

ITALIA (olim Hesperia, Latium, Ausonia, Oenotria, et Saturnia dicta) regio est metallis grauida, & ubiqꝫ uitalis. Perennis in ea salubritas, eximia cœli temperies, campi fertilitas, aprici colles, innoxij saltus, opaca nemora, munifica syluarum genera, mira frugũ, uitium, & olearum fertilitas, nobilia pecori uellera, opima tauris colla, perspicui & piscosi lacus, flumina fontesqꝫ saluberrimi, portus plurimi, ipsa auidè, ad mortales iuuandos, in maria procurrens, & uelut gremium omnium gentium commercio pandens, ut ferè dicta sit à quibusdam, terrarũ omniũ alumna, atque eadem parens, cœlestium prouidentia electa, quæ sparsa congregaret imperia, molliretqꝫ efferatarum gentium ritus, discordes ad colloquia linguas, munere literarum, latinoqꝫ sermone congregaret. Color Italis, & statura penè diuersa est in Cisalpina Gallia, Venetoqꝫ recessu, color uulgo cãdidus, cultus & sermo accuratior. Contrà in Hetruriæ tractu, Latio, Campania, & Brutijs capillus niger, breuior statura, & macilenta, sermo & cultus simplex. Non ijdem omnibus mores, aut uiuendi ritus, nec iura eadem. Pontificio hi, Cæsareo illi, alij municipali iure potissimum utuntur. Omnibus id cõmune ut frugaliter uiuant, nitidè uestiantur, tonso capite incedãt, perbreuibus Hispanicis palliolis contecti, crura ostendentes. Veneti quorum urbs terra mariqꝫ opibus maxime pollet, laxiore uestiuntur toga, qualem Græci, Turcæ, Russiani, ac reliqui septentrionales usurpãt. Maiorum suorum habitu ita delectantur, ut sepissimę eas uestes gestent nepotes quas tritaui gestarũt. Abundant consilio, in loquendo tardi, & pronunciatio insuauis, ridicula quadam magnificentia, uerbis officiosi, re ipsa nihil prorsus, fingunt condonare iniurias, sed si quando occasionem nanciscuntur, nulli crudelius ulciscuntur. Iuramentis & blasphemijs in Deum horrendis passim utũtur. Mediolanenses Gallis exosi, uicissim tam illos quàm Hispanos odientes, neutris satis confidunt. Oratio eorum rudis, sermo concitatus: sed multo rudior & molestior Pedemontanorum, in bello non ualent, nisi multi simul. Genuensium oratio ridicula neqꝫ literis consignari potest: elegans tamen eorum uestitus, ut neqꝫ sagati sint, neqꝫ togati. Consilio & fide sibi non admodum constant, ad rebellandum apti, inhospitales sunt, & beneficiorum immemores. Tuscorum lingua inter Italos commendatur, magni semper fuere sacrificuli, ut qui romanos olim multas in deorum religione ceremonias edocuerũt, in uniuersum magis adhuc superstitiosa gẽs quàm pugnax. Superba Roma, gentium imperio uiduata, sedes facta summi pontificis. Assistunt ei purpurati cardinales, quos habet totus orbis Christianus numero circiter quinquaginta. Zelotypi sunt Romani, & uindicant seuerissime uxorum adulteria. Pistorienses Italorum factiosissimi: sunt partim, ut uocant Panchiati, Gibellinorũ sectæ, qui imperatoris partes defendunt: alij dicti Cãchellierij, Gelphi, qui regis partes sequuntur. Neapolitani omniũ consilia respuunt, syluestres, locaces, adulatores, iniuriarum strenui ultores, beneficiorum maxime memores. Fumosas in adamatis fœminis imagines quęrũt, minio & serusa laruatas: neqꝫ amant nisi sit elato animo, & ancillarum gregem secum ducat. Hispanicum sermonem affectant, ac eorum instar equis insidẽt, hastiludia exercent, summa corporis dexteritate nunc in hanc, nunc in illam partem flectunt. Splẽdidè uestiuntur, opobalsama spirãt, plus saccari quã panis absumunt, caulibus etiam uescuntur libentissime. Irrident Neapolitani Calabros, Calabri Appulos, hos autẽ omnes Romani, Romanos Hetrusci, quos & alij uicissim irridẽt: quin & mortales cæteros omnes irrident Itali, cõtemnunt, & barbaros appellant: cum sint ipsi tamen nunc Hispanis, nunc Gallis, nunc Germanis prædæ expositi.

EVROPAE TABVLA

ſeptima continet

Sardiniam & Siciliam

inſulas.

EVROPAE tabula ſeptima continet Sardiniam & Siciliam inſulas. Parallelus ipſius medius rationē habet ad meridianum, quam quatuor ad quinq;.

Circunſcribitur autem tabula

Ab omni parte pelago.
Ab ortu Adriatico.
A meridie Africano.
Ab occaſu Sardoo.
A ſeptentrionibus Liguſtico & Tyrrheno.


Sardiniæ inſulæ

Suſaleos maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.
Carallis maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.
Turris Byſſonis maximam diem habet horarū 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus occaſum hor. 2. ferè.
Gurullis noua maximā diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus occaſum hor. 2.

Siciliæ

Lilybæum maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{2}$.
Syracuſæ maximam diem habēt hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtant ab Alexandria uerſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{3}$.
Meſſena maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{3}$.
Centuripæ maximam diem habent hor. 14 $\frac{2}{3}$. Et diſtant ab Alexandria uerſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{3}$.
Segeſta maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$. & quid parum, Diſtatq; ab Alexandria uerſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{2}$.
Catana maximam diem habet hor. 14 $\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus occaſum hor. 1 $\frac{1}{3}$.

Septima Europæ tabula continet à partibus 29 $\frac{1}{3}$. uſq; ad partes 40. Fitq; Longitudo partium 10 $\frac{2}{3}$. Latitudo autem à partibus 35 $\frac{1}{2}$. uſq; ad partes 39 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Fitq; Latitudo partium 4 $\frac{1}{4}$.



30
31
32
33
34
36
37
38
39
40
CVRSICE PARS
Numpha
Phintonis
Herculis insula
MARE
TYRRENVM
SAR
DIN
IA
SARDONV̄ MARE
INSVLA
Neapolis
Velentini
Valeria
Solutani
Chersonesus
nora
Ficarnia
Plombea
MARE
AFRICV̄
Strongile
Didime
Hicesia
Phocritodes
Euonimos
Heriodes
Vstica
Osteodes
Phorbantia
Eugusa
SI
CILIA
INSVLA
Messana
Panormus
Drepanu
Agrigentum
Syracusa
Catana
Eoli

De Sicilia.

SICILIA Romanorum horreum, ſexcentis ac duo de uiginti paſſuum miſlibus ambitu patet, à Poſſidonio, quem ſequitur Diod. Siculus, ſtadijs quaſter mille & quadringentis definitur, quondam Brutio agro cohærẽs, mox inſterfuſo mari auulſa ad mille & quingentos freti latitudinis paſſus: in eoq; uorſticoſo freto Scylla & Charibdis, ambo clara ſæuitia. Primi eam habitaſſe feſruntur Liberi duce rege Sicano, unde dicta Sicania. Succeſſit Siculus Neptuni filius cum Amſpliſſima Græcorum manu. Trianguli figura tribus promotorijs Peloro Pachino & Lilybęo clauditur.

De Sardinia.

SARDIS Hercule procreatus, cum magna multitudine à Lybia profectus, Sardiniã occupauit, & ex ſuo uocabulo inſulæ nomen dedit. Hæc in aphrico mari, facie ueſtiſgij humani, tam in Orientem q̃ Occidentem latior prominet, fermè paribus laterisbus, quæ in meridiem & ſeptentrionem uergunt. Terra patens in lõgitudine miliaribus 140. In latitudine 40. In ea neq; lupus, ſed ſolifuga tantum animal exiguum, hominibus perniciosſum. Venenum quoq; non naſcitur ibi, niſi herba, per ſcriptores plurimos & poëtas memoraſta, Apiaſtro ſimilis, que hominibus riſum contrahit, & quaſi ridentes interimit. Fontes habet Sardinia calidos, infirmis medelam præbentes, furibus cęcitatem, ſi ſacramento dato, oculos aquis eius tetigerint.

De Corſica.

CORSICAE Inſulæ exordium Ligures dederunt, appellantes eam ex nomine ducis. Nam mulier quædã Ligur, Corſica nomine, cũ taurum ex grege, quem prope littoſra regebat, tranſnatare ſolitum, atq; per interualla, corpore aucto, remeare uideret, cuſpiens ſcire incognita ſibi pabula, taurum è cæteris digredientem, uſq; ad inſulam, nauigio proſſecuta eſt, cuius regreſſu, inſulæ fertilitatem cognoſcentes, ligneis ratibus eò profecti ſunt, eãq; nomine mulieris autoris & ducis appellauerunt. Hæc Gręcæ Cyrene dicitur, à Cyreno Herſculis filio inhabitata.

EVROPAE

tabula octaua continet

Sarmatiam Europæ, & Tauricam Cherſoneſum.

OCTAVA Europæ tabula continet Sarmatiam, quæ in ea eſt, & Tauricam Cherſoneſum.

Parallelus ipſius medius, rationem habet ad meridianũ, quam undecim ad uiginti.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Boſphoro Cimmerico, & Mæotide palude, ac Tanai fluuio, iuxta Sarmatiam, quæ in Aſia eſt.

A meridie Pontico mari, & parte Myſiæ inferioris, & Dacia, ac Iazigibus Metanaſtis.

Ab occaſu montibus Sarmaticis appellatis, ac Germania, & Viſtula fluuio.

A ſeptentrionibus Venedico ſinu, & Sarmatico Oceano, ac terra incognita.

Sarmatiæ inſignes ciuitates

Tamyraca maximam diem habet horarum æquinoctialium 16. Et diſtat ab Alexãdria uerſus occaſum horæ uniusæ quinoctialis parte decimaquinta ferè.

Naubarum maximam diem habet hora. $16 \frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus occaſum horæ unius parte octaua.

Olbia, quæ & Boryſtenes, maximam diẽ habet hora. 16. Et diſtat ab Alexandria uerſus occaſum horæ quinta parte.

Tauricæ Cherſoneſi

Theodoſia maximam diem habet hora. $15 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horæ unius parte quinta.

Panticapæa maximam diem habet hora. $15 \frac{1}{2} \frac{1}{3}$. Diſtatq; ab Alexandria ad ortum quarta parte horæ unius.

Octaua Europæ tabula continet à partibus $42 \frac{1}{2}$ uſq; ad partes $72 \frac{1}{2}$. Et fit Longitudo partium 30. Latitudo à partibus $46 \frac{2}{3}$ uſq; ad partes 63. Fitq; Latitudo partium $16 \frac{1}{3}$.



MARE SARMATICVM
Scandia
Gothia
Githones
Venedes
Venediti montes
Phinni
Sulones
Phrungudiones
Auarini
Anarthophrathi
Arsiete
Sarmatici montes
Biessi
Carpatus mons
Burgiones
Sabon
Ombrones
Cistoboti
Gelidani
Chronon fl.
Rhubon fl.
Sudini
Stauani
Gillones
Cariones
SARMATIA EVROPE
Amodoci
Nauari
Amodora palus
Basterne
Peucini
Carpiani
Axiaces flu.
Bodoni
Iaranmite
Getuini
Thiras fl.
misie pars
dacie pars
Tibiscus fl.
Danubius fl.
GERMANIE PARS
Vistula fl.
Carrones
Careothe
Sale
Aorsi
Chesenus fl.
Sauri
Aribi
Vbiones
Ripheimontes
fons Tanais
Are Cesaris
Ophilones
Tanaite
Tanais fl.
Alauschite
Ozyli
Rosolani
Reuchali
Alopena
PALVDES MEOTIDES
Iazigges
Bicis palus
Bosphorus Cimerius
Thaurica chersonesus
PONTI EVXINI PARS
Hiberborei montes
SARMATIE ASIATICE PARS
Alexandri Are
Mihar. 32½
.20. para. hore 19
.19. hore .18.
.18. para. .17.
.17. para. 16.
16. par 10

De Polonia.

POLONIA Europæ regio, uasta & plana, unde & hoc nomē accepit. Significat enim Sclauonica lingua, qua & ipsa utit, Pole planū, Sarmatia alio nomine uocata. Hæc Slesiæ ad orientem contermina est, Prutenis & Massouitis à septentrione. Ab oreēte Ruthenis. A meridie, Hungaro Carpato mōte, quē Crapak accolæ uocant, interiacente. Hæc in partes duas diuiditur. Quarum quæ Saxonibus, Prutenisq; uicina est, maior Polonia dicitur. Altera Hungariæ ac Rusiæ obiecta, minor uocata. Regnū uniuersum, in quatuor uelut regiones diuisum, quas in orbem rex quotannis inuisit. Singulæ ternis mensibus alunt regem, regiumq; comitatum. Cæterum si casu consilió ue is in una regni parte diutius esse perseuerauerit, nihil debetur ipsi amplius. In Cracouia celebri & amplissima urbe, regia est, totiusq; regni gaza. Cæteræ ciuitates parum nitidæ sunt, ex maceria domus ferè omnes compositæ, pleræq; luto collinitæ. Plaga regionis nemorosa. Gens in uniuersum prudens, multaq; comitate in hospites, Bibacissimum genus hominum totius septentrionis, sed rarus uini usus, ignotusq; genti omnis uinearum cultus. Fictitia ex tritico, alijsq; generibus seminū potio in usu est. Solum ferax, triticoq; abundans. Est & pascuis idoneum, armenta late pascuntur. Venatio multiplex, Equus siluester Ceruino cornu, bos ferus, quem Vrum uocant Romani. Plumbum duntaxat ex omnibus metallis fodiunt Poloni, & salem saxorum duritie, nullumq; toto regno uberius uectigal. Mellis copia tam ingens, ut non satis illis atq; Ruthenis loci supersit, quibus illud recondant: arbores nanq; mōtes, & siluæ, al uearibus mellificantium nigricant. Literarum figuratio & gentili, & græcanico mixta. Promiscuus & fidei ritus, in Romanum & græcum. Virorum & mulierum uestitus græcanico similis. Polonia initio fuit ducatus ab othone secūdo imperatore postea facta est Regnum, deinde iterum ob rebellionem in Ducatum reducta. Demum anno. 1077. in Germanorum seditione, seipsum dux regem fecit. Polonorum diuitię sunt ferè salis & mellis.

De Liuonia.

LIVONIA ueræ fidei cultrix, Rutheniæ ad septentrionē prætenta, & ipsa Sarmaticis finibus, Tartari Scyticum hominum genus crebrius incursant. Liuonianos ad Christi cultum milites nostri traxere, cum anteà nullum nisi malorum dæmonum nouere. Sępius uario euētu de regni possessione in ea terra bellatum. Sarmaticum mare ab occasu, sinusq; incompertæ magnitudinis, cuius ostium ab occidente est, non procul à Cymbrica Chersoneso, quam Daniam hodie uocant. circa sinum ad septentrionem semiferę gentes sunt, cū quibus nullum est linguæ cōmercium, nutu & signo permutant merces. Prusia, unde Pruteni, terra hodie Germāię & Sarmatiæ particeps, à meridie illi occurrit. Eam terram (si Ptolemęus uerus autor est) Vistula perluit, à Torno oppido Gedanū usq;, quo in loco Baltheo mari infunditur, ad Sarmaticum oceanū extensa circa Vistulam. ultrà Germaniæ est. ad oriētem Solem & meridiē Masouitæ sunt, & Poloni accolūt, ad occidentem Saxones. Prussiæ solum ferax est maximeq; frugiferum, irriguum, frequens cultus, regio amœna, & pecoribus abundans, piscatus uenatioq; multa. Est Prusiæ atq; Lithuaniæ cōtermina regiūcula, quæ Samogithia dicitur, syluis & fluminibus circūsepta, quinquaginta miliariū longitudine: cuius gentes proceræ & pulchræ staturæ, agrestes tamen, moribusq; inculti. Matrimonia plura celebrāt, & absq; sanguinis respectu, patre mortuo, filius nouercā: fratre, frater glotem in uxorem accipit. Æs nullū habent: humiliter ędificant ex limo culmoq; tuguria, in carinarū aut galearum formā. in quorū culminibus fenestrā unam faciunt, tam patentē, ut toti ędificio lucē superne præbeat. Focus perpetuus in singulis unus, circa quē familia uniuersa sedēs, non solum ut cibos coquat, uerūetiam ut frigus, quo pro maiori anni parte terra hæc congelata constrictaq; iacet, propellat.

De Moscouia.

MOSCOVIA terra quadraginta miliaribus patēs, argento diues, tam ualido ubiq; præsidio conclusa, ut nedum aduenæ, uerū indigenæ etiā absq; literis ducis exire atq; intrare nō possint. Plana omnino regio est, non mōtuosa, nemorosa tamen, & ut plurimū paludinosa, plurimis maximis fluminibus, Ocea, Volha, Dzuina, Borystheneq;, & Dine perirrigua: piscibus ob id & feris uarijs abundat, quēadmodum Lituania, à qua nō multū discrepat, nisi q; frigidior est quia septentrionalior. Vnde pecora parua habet, & cōiter inutilia. Moscua metropolis regionis, duplo maior q; Praga Bohemiæ, lignea ut aliæ ciuitates ędificia habet, mltas plateas, sed dispersas, latissimi cāpi interiacent. Mosca amnis ipsam intersecat, arx in medio urbis in plano sita, septēdecim turribus, & tribus propugnaculis, adeò pulchris & ualidis, ut similia uix reperiantur. Sedecim in ea arce ecclesię quarū tres sanctæ Mariæ, sancti Michaelis, & sancti Nicolai muratæ, cæterę omnes ligneæ.

EVROPAE TABVLA nona continet Iaziges Metanastas,

DACIAM, MYSIAM SVPEriorem, Mysiam inferiorem, Thraciam & Chersonesum.

EVROPÆ tabula nona continet Iaziges Metanastas, Daciã, utrãq; Mysiã, Thraciã, & Chersonesum. Medius ipsius parallelus rationem habet ad meridianum, quam 43 ad 60.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Pontico mari, & Thracio Bosphoro, atq; Propontide, & Hellespõto.

A meridie Ægeo pelago, & Macedonia ab occasu Pannonia inferiori, ac Dalmatia

A septentrionibus Sarmatia, quæ est in Europa

Iazigum

Gormanum Iazigum maximam diem habet hor. 16. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{12}$.

Daciæ

Salinæ maximã diem habent hor. 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et distant ab Alexandria uersus occasum horæ unius $\frac{2}{3}$.

Zarmisegethusa regia maximam diẽ habet hor. 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 ferè.

Mysiæ superioris

Rhætiaria maximã diem habet hor. 15 $\frac{3}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horæ $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.

Scupi maximam diem habent hor. 15 $\frac{1}{6}$. Et distant ab Alexandria uersus occasum horæ $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Mysiæ inferioris

Odessus maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horæ unius partem tertiam.

Oescus maximã diẽ habet hor. 15 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum horæ unius $\frac{2}{3}$.

Thraciæ

Ænus maximam diem habet hor. 15. Et distat ab Alexãdria uersus occasum horæ unius $\frac{1}{2}$.

Apollonia maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horæ unius $\frac{1}{3}$.

Constantinopolis, uel Byzantiũ maximã diem habet hor. 15 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. $\frac{1}{3}$ fere.

Perinthus maximam diem habet ho. 15 $\frac{1}{6}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horæ unius $\frac{1}{3}$.

Nicopolis maximã diẽ habet hor. 15 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasũ ho. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$

Lysimachia maximam diem habet horarum 15. Et distat ab Alexãdria uersus occasum horæ unius $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.

Prœconesus maximam diem habet hor. 15 parte octaua. Et distat ab Alexandria uersus occasum ho. unius tertiã fere ptẽ.

Chersonesi

Elæus maximã diem habet hor. 15 $\frac{1}{3}$ & decima parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum horæ unius $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.

Sestos maximã diẽ habet hor. 15. Et distat ab Alexã. uersus occasum hor. unius $\frac{1}{3}$.

Nona Europæ tabula continet à partibus 42 $\frac{1}{2}$ usq; ad partes 57 $\frac{1}{2}$. Et fit Longitudo partiũ 15. Latitudo à partibus 40 $\frac{2}{3}$. usq; ad partes 48 $\frac{1}{2}$. Fitq; Latitudo partium 7 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.



Carpatus mons
Miliaria 47
AZI
GESMETA
NASTES
passium
Pannonie inferioris pars
Danubius flu
varrisum
Predasensy
Anarti
Vlpianū
Napuca
Saline
Singidaua
Apulum
Biressensy
DATIA
Zurobara
Lacysis
Albocensy
Tibiscum
Zeugma
Dierna
Saldensy
Triconensy
Danubius flu
MISIA SVPERIOR
Illiridis et liburnię pars
Dalmatie pars
Tigurii
pharia
Corua nigra
meligna
ADRIATICI MA RIS PARS
DARDA NIA
Nessum
Vlpianū
Velanus
Macedonię pars
Certoboei
Triphalum
Sandaua
Augusti
Palosa
Rhamidaua
Comidaua
Cotensy
Sensy
Sornum
Tamasidaua
Carsidaua
Dimensy
Bulensy
MISIA INFER.
Epiatensy
Nouiodunum
Troglodite
Tibisca
Istropolis
Tomi
Callatis
Carsum
Odessus
PONTI EVXI NI PARS
Mesenbria
Hemus mons
Achiadus
Apollonia
Bizia
bosphorus
Ciane
Ponti et bi tinię pars
Benniaca
Sardica
Nicopolis
Philippopolis
Plotinapolis
Datia
Torpir
Pergamum
Abdera
Maronia
Cipsella
Sama
Thassalia
Samothracę
Imbroa
Lemp nos
MARIS EGEI PARS
Asię minoris pars
Alexandria troas
dies ho. 16
CLIM. VII
dies ho. 15
CLIM. 6.
hora 15
hor. 15
CLI. V.
43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58
49 48 47 46 45 44 43 42 41

De Hungaria.

HVNGARIA nunc ſanè ea regio eſt, quæ olim Pānonia fuit, licet hæc hodie illius fines non omnino impleat, nec tam late quondam patuit, quàm ho die Hūgaria. Enimuerò à Iaytha flumine inferiorem tantum Pannoniam uſq; ad Sauum amnem complexa, ultra Danubium, Poloniam attingit, terrāq; complectitur, quàm Gepidæ & Daci tenuerunt. Patetq; imperium gentis, multò latius, q̄ terræ nomen. Erat hæc terra (ut priſci rerum ſcriptores habent) nouem circulis, quos Hagas Germanica lingua dicimus circundata. Quorum ſinguli ita ſtipitibus quernis ſiue fagineis uel abiegineis extructi erant, ut de margine ad marginem uiginti pedum ſpacium tenderetur in latum, totidemq; erigeretur in altum. Ciuitas autem uniuerſa, aut duriſſimis lapidibus, aut tenaciſſima creta repleretur. Porrò ſuperficies uallorum eorūdem integerrimis ceſpitibus tegeretur. Inter quorum confinia, arbuſtulæ plantatæ erant, quæ abſciſæ, proiectæq;, ut plurimum herbas & frondes proferebant. De primo autem circulo ad ſecūdum, uiginti miliaria teutonica protendebantur, & inde totidem ad tertium, & ita uſq; ad nonum, q̄uis alius alio ſemper cōtractior erat. Intra hos aggeres uici uillæq; ita conſtitutæ, ut ab una ad aliam uox hominis audiretur. Ædificia ualidiſſimis muris præmunita. Portæ non ſatis latæ, propter hanc cauſam, ut per eas latrocinandi gratia, quaq; uerſum exire ingrediq; facile poſſent. Tubarum clangore unus circulus, alteri cuiuſq; rei certa ſigna dabat. Vrbs Hūgariæ regia, eſt Buda, à Buda Athilæ fratre appellata. Ager regionis, quatenus incolitur, tritico fertilis eſt. Auro atq; argento diues. Mirum eſt, quod indigenæ narrant, eſſe in Pannonia riuum, in quo, ſi ſepius ferrum mergatur in cuprum uertitur. Viri ueſtes ſuperne excauant, inter ſcapulas, linea ſubtus tunica circa collum & humeros quodam tenus apparens, quam partem ſerico & auro ferè omnes exornant, indifferens, in caliga, coturno ſuperinducto. Capillos inungunt, concinnantq;, lineo galericulo contegunt, raroq; nec niſi in ocio reſoluūt. Qui mos & à pleriſq; Germanis obſeruatur. Muliebris ueſtitus ſtrictior, & ad collum ſubductus, ut omnia tegantur, tantum lineæ tuniculæ ora emineant, precioſiſſime ornata. Veſtibus togam ſuperinducunt. Serico caput, aut lineo componunt uelamine, ac præter oculos & naſum, cætera ferè abſcundunt. Gemmis & margaritis uulgo utuntur. Coturno calceantur, uiri fœminæq;, ad media crura inducto. Annum lugent defunctos, & quoſdam biennio. Barbam raſitant, præterquam ſuperiori labro. Orthodoxæ fidei cultus ex lege iudicant.

EVROPAE TABVLA
Decima continet Macedoniam,
EPYRVM, ACHAIAM,
Peloponesum, & Cretam insulam.

EVROPÆ tabula decima continet Macedoniã, Epirũ & Achaiam, Peloponesumq́;, & Cretã insulã, & Eubœam, cũ insulis adiacẽtibus.

Medius eius parallelus, rationem habet ad meridianum, quam septẽ ad nouem.

Terminatur autem tabula

Ab oriente Ægeo pelago, Myrtooq́; & Carpathio

A meridie Adriatico pelago, & Libyco.

Ab occidẽte Ionio pelago, & Adriatico.

A septentrionibus autem Dalmatia, & Mysia superiori, & Thracia.

Macedoniæ ciuitates insignes

Dirrachium maximam diem habet horarum 15. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hora 1.

Thessalonica maximã diem habet hora. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. $\frac{2}{3}$.

Amphipolis maximam diem habet hor. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum horæ unius $\frac{2}{3}$.

Heraclea maximam diem habet hora 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum horæ unius $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ferè.

Ædessa maximã diẽ habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Distatq́; ab Alexandria uersus occasum horæ unius $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.

Pella maximã diẽ habet hora. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexã. uersus occasum hor. $\frac{2}{3}$.

Larissa Pelasgiensium maximã diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horæ unius $\frac{2}{3}$.

Casandria maximã diẽ habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$ Et distat ab Alex. uersus occa. ho. $\frac{2}{3}$ ferè.

Lemnos insula maximã diem habet hor. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. $\frac{1}{2}$ & aliquid plus.

Epyri ciuitates insignes

Nicopolis maximã diẽ habet ho. 14 $\frac{2}{3}$ ferè. Et distat ab Alex. uersus occasum ho. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Ambracia maiorem diem habet horarũ 14 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ferè.

Corcyræ insulæ ciuitates insignes

Ciuitas eiusdem nominis maximã diẽ habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ parte octaua ferè. Et distat ab Alex. uersus occasum hora 1 ferè.

Cephalenia insula maximam diem habet hora. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Distatq́; ab Alexandria uersus occasum hor. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Achaiæ ciuitates insignes

Thebæ Bœotiæ maximam diem habent hora. 14 $\frac{2}{3}$ ferè. Et distant ab Alexãdria uersus occasum hor. $\frac{1}{2}$.

Megara maximã diẽ habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ parte octaua. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. $\frac{1}{2}$ & decima quinta.

Athenæ maximã diẽ habẽt ho. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et distãt ab Alex. uersus occasum hor. $\frac{1}{2}$.

Peloponesi ciuitates insignes

Mesena maximã diẽ habet ho. 14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alex. uersus occasum hor. $\frac{2}{3}$.

Corinthus maximam diem habet hora. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. $\frac{1}{2}$ & parte octaua.

Tegea maximã diẽ habet hor. 14 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. $\frac{2}{3}$.

Argos maximã diẽ habet ho. 14 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alex. uer. occa. hor. $\frac{1}{2}$ & pte octa.

Lacedæmon maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. $\frac{2}{3}$.

Eubœæ insulæ ciuitates insignes

Chalcis maximã diem habet hor. 14 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexã. uersus occasum ho. $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.

Carystus maximam diem habet hor. 14 $\frac{2}{3}$. Distatq́; ab Alexendria occasum uersus hor $\frac{1}{3}$ & decimaquinta.

Cretæ insulæ

Gortyna maximam diem habet ho. 14 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.

Cnosus maximã diẽ habet hor. 14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Distatq́; ab Alexandria uersus occasum tertia pte horæ unius & uigesima parte.

Decima & ultima Europæ tabula continet à partibus 44 $\frac{1}{2}$. usq; ad partes 55 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et fit Longitudo partium 11 $\frac{1}{3}$. Latitudo à partibus 34 usq; ad partes 42 Fitq; Latitudo partium 8.

Sunt igitur Europæ tabulæ decem.
Prouinciæ 34.
Ciuitates 118


ILLIRIDIS ET DALMATIE PARS
TRACIE PARS
ASIE MINORIS PARS
HELLESPONT
MARE IONICU
MARE AEGEUM
LESBOS
MACEDONIA
Emathia
Migdonia
Thessali
EPIRUS
EUBOEA
INSULE CICLADES
Attica
Boetia
Achaia
Elidis
Sinus Corinthiacus
Sin9 Megaris
Sin9 Saronic9
Sin9 Argolic9
MARE MIRTHOUM
MARE CETICUM
MARE HADRIATICUM
CRETA
CARPATICUM MARE
CLIMA ·4·

De Thessalia.

THESSALIA à Thessalo rege dicta est, quæ ad meridianam plagam, Macedoniæ coniuncta est, cuius à tergo Epirus est. Multa sunt in Thessalia flumina & oppida. Inter quæ precipua Thessalonica. Ibi est & mons Parnasus, quondam Appolloni consecratus. Thessalia patria Achillis, & origo Iapitharũ fuit. De quibus fertur, ꝙ hi primo equos frenis domuerunt, unde & Centauri dicti sunt. In Thessalia primi solidi aurei facti sunt, domandorum quoq; equorum usus primũ repertus est.

De Macedonia.

MACEDONIA in exordio ab Emathio rege, Emathiæ nomen habuit: sed Macedo Deucalionis maternus nepos, postq; ibi accepit principatum, mutauit uocabulum, Macedoniamq; à suo nomine dixit. Patria magni Alexandri, & regio, aureis uenis, argentiq; opima. Lapidem quem Piriten uocant, ista gignit. Mons Olimpus in ea est, qui excellenti uertice tantus attollitur, ut in cacumine eius nec nubes, nec uẽti sentiantur.

De Achaia.

ACHAIA ab Acheo rege, & urbs, & prouincia appellata est. Hæc peninsula est. Huius caput est urbs Corinthus, Græciæ decus. Archadia pars Acaiæ est, ut platani folium, inter Ionium & Ægeum mare ab Euro exposita, quam Arcas Iouis & Calistæ filius, Pelasgis in deditionem redactis, ex suo nomine Archadiam nuncupauit. Ipsa est & Siciona, à Sicione rege dicta. Habet autem fluuium magnum Eurotum, Abeston quoq; lapidem, qui semel accensus nunquam extinguitur. Candidissimæ etiam merulæ ibi nascuntur.

TABVLA PRIMA
Aphricæ

continet Mauritaniã Tingitanam, & Mauritaniam Cæsariensem.

PRIMA Aphricæ tabula continet ambas Mauritanias, Tingitanam, & Cæsariensem.

Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum, quam tredecim ad quindecim

Terminatur autem tabula

Ab ortu Aphrica.
A meridie, interiori Libya, iuxta Getuliã.
Ab occasu occidentali Oceano.
A septentrionibus freto Herculeo, & Iberico pelago, & Sardoo.

Mauritaniæ Tingitanæ ciuitates insignes

Tingis maximam diem habet horarum æquinoctialium 14 $\frac{1}{2}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Lixa maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Volubilis maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$ ferè.

Zilia maximã diem habet hor. 14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Cæsariensis ciuitates insignes

Cartena maximam diem habet hora. 14 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horis 3.

Iulia Cæsarea maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.


Saldæ maximam diem habent hora. 14 $\frac{1}{6}$. Et distant ab Alexãdria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{2}$.

Oppidum nouum maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{4}$ ferè. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. 3 ferè.

Zuchabari maximam diẽ habet horarum 14 $\frac{1}{4}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Tubusuptus maximam diem habet hora. 14 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{2}$.

Prima igitur Aphricæ tabula continet à partibus 5. usq; ad partes 27 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ Et fit Longitudo partium 22 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Latitudo à partibus 26. usq; ad partes 36. Fitq; Latitudo partium 10. ii


HISPANIE BETICE
MARE IBERICV
PELGVS SARDONV
Fretum Herculeum
Mare Exterius
MAVRITANIA TINGANICA
MAVRITANIA CAESARIENSIS
OCEANVS OCCIDENTALIS
GETVLIE ET LIBIE PARS
Athlas mons maior
Sinus numidicus
Iulia cesarea
Clima 4
Clima 3
Miliaria 50
Miliaria 58

TABVLA PRIMA Aphricæ.

APHRICA ab orientis parte Nilo, à cæteris partibus mari terminata, Europa breuior, ubi mare attingit, latior, unde iniuga exurgens, pergit in curua, ad occasum fastigiatq; se molliter, & fit paulatim adductior. Vbi finitur, angustissima est. Quantum incolitur, fertilitatem præstat. Verùm maxima pars inculta est, & uel ab arenis sterilibus obducta, uel ob situm cœli deserta, uel multo ac malefico animalium genere infesta. Mare quo a septentrione cingitur Libycum uocatur, à meridie Æthiopicum, ab occidente Athlanticum. A quatuor, non amplius nationibus, ab initio Aphricũ solũ incolebať. Quarum duæ indigenæ sunt, totidẽ non indigenæ. Indigenæ quidẽ Pœni atq; Æthiopes. Quorum alteri ad Aquilonem Aphricæ, alteri ad Austrum incolunt. Aduenæ uerò Phœnices & Græci uetustiores, Aethiopes, necnõ & Aegyptij (si uera sunt, quæ ipsi de se prædicant) asperi & inculti. Ab initio ferinæ carnes, herbæq;, ueluti pecoribus, uulgo cibus fuit, neq; moribus, neq; legibus, neq; imperio ullo usi, uagi, temereq; palantes, nullas certas sedes habuere, ubi nox oppresserat, ibi corpora quieti dabant. Posteà uerò ab Hercule (qui & in eam terram colonias deportasse dicitur) mitiores cultioresq; facti, ex his nauibus, quibus in Libyam transfretauerunt, tuguria fecerunt, & conuenire cohabitareq; cœperunt. Terra Aphricæ inæqualiter colitur. Ad meridiem plurimum, ob nimios æstus deserta. Contrà, qua Europam spectat, frequentior illi cultus. Eximia & propemodum portentosa agrorum feracitas, utpote qui locis quibusdam centesimo fœnore reddant cultoribus messem. Mirum est, quod de Mauritaniæ ubertate dicitur, esse in ea uites, quas duorum hominum complexus capere non possit. Vuarum racemos cubitales, Staphilini, Hippomaratri, & carduorũ scapos duodecim cubitorum. Enormi crassitudine calami, Indicis similes, quorum nodi octo capiunt nodulos. Asparagos ad hæc uideri, haud minus notabili magnitudine. Arbores circa Athlantem, proceritate insigni, enodi nitore folio, cupressi. Sed omnium nobilissima Citrus, Romanis delitijs inserta. Alit & Aphrica Elephãtes, & Dracones, qui ipsis belluis insidiantur, suoq; complexu enecãt, Leones, Bubalos, Pardales, Capreas, & simeas, quibusdam locis supra modum frequentes. Sunt & Camelopardales. Rhises, thauris similes. Herodotus & cornutos asinos ibi nasci, author est. Et Dracones, insuper Hyænas. Histrices, agrestes arietes. Thoas ex hyena & lupo genitas, Pãtheras, Ciconias Pigardos, Strutios, & præter multa genera serpentum Cerastas & Aspidem. Cui pesti Icneumonem minimũ animal opposuit natura.

APHRICAE TABVLA secunda continet

Aphricam & Numidiam.

APHRICÆ tabula secunda continet Aphricam & insulas quę circa ipsam sunt.

Parallelus ipsius medius rationē habet ad meridianum, quam tredecim ad quindecim.

Terminatur autem tabula
Ab oriente Cyrenaica.
A meridie, interiori Libya, iuxta Getuliā & Eremum.
Ab occasu Mauritania Cæsariensi.
A septentrionibus pelago Aphro.

Aphricæ ciuitates insignes

Tabraca maximam diem habet horarum æquinoctialium 14. & una qnta. distat ab Alexādria uersus occasum hor. 2. ferè.

Ityca maximam diē habet hor. 14 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Carthago maximam diē habet horarum 14 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexādria uersus occasum hora. 1 $\frac{2}{3}$.

Adrumentum maximam diem habet hora. 14 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{2}$.

Magna Leptis maximam diem habet hora. 14 octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{12}$.

Cirta Iulia maximam diē habet horarum 14 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{4}$.

Sicca Veneria maximam diem habet hor. 14. & quid parum. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2.

Bullaria maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{12}$ Et distat ab Alexādria uersus occasum horis 2. ferè.

Vthina maximam idem habet hora. 14 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexādria uersus occasum hor. 1 $\frac{2}{3}$.

Thysdros maximam diem habet ho. 14 $\frac{1}{6}$. Et distat ab Alexādria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{2}$.

Mininx insula maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexādria uersus occasum hora. 1 $\frac{1}{3}$.

Cossyra insula maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{2}$.

Melite insula maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 1 $\frac{1}{3}$.

Secunda Aphricæ tabula continet à partibus 26. usq; ad partes 47. Et fit longitudo partium 21. Latitudo à partibus 25. usq; ad partes 34 $\frac{2}{3}$. Fitq; Latitudo partium 9 $\frac{2}{3}$.



10. para.

.9. para

TABVLA SECVNDA Aphricæ.

IN hac tabula de Æthiopia agitur, quam duplicem esse scias, Asiæ scilicet, & Aphricæ. Quarũ una India dicitur, de qua in tabulis Asiæ factus est sermo. Æthiopia autẽ appellata est ab Æthiope, Vulcani filio, qui illi pręfuit, ut Plinius ait. Circa occiduum montuosa est, arenosa in medio, ad orientem deserta. Plurimas gentes habet, diuerso uultu, & mõstruoso, specie horribiles. Primi omnium mortaliũ creduntur, uerissimiq́ indigenæ, & seruitutem nunq́ experti, semper genti libertas incolumis mãsit. Primo deorum cultum, apud eos institutum memorant, Primasq́ sacrorum ceremonias. Duplicem literarum usum ut quæ sacræ dicerent, sacerdotibus duntaxat notæ essent: alterum earũ, quæ uulgò paterent. Fuerunt tamen literarum figuræ haud tales, ut ex illis sillabæ coalescerẽt, sed animantibus, extremisq́ hominum partibus, uarijsq́ instrumẽtis artificum perq́ similes, singulisq́ sua inerat figuris significatio. Vt in accipitre celeritas, in crocodillo malũ, custodia in oculo, sicq́ aliæ in alijs. Ex sacerdotibus, quem phanatico cursu circunferri uiderint, omnium sanctissimum iudicant. Quem ubi regẽ creauerint, ueluti numen ei insit, aut sit ad minus diuina prouidentia eis datus, adorant. Vitam is agere statutã legibus debet, omniaq́ facere iuxta patrios mores. Neminem neq́ pręmio, neq́ pœna afficere. In quem autẽ animaduersum uolet, lictorem signum mortis habentem, ad eum mittit, quo conspecto, confestim quisq́s ille est, domum reuersus, sibi mortem consciscit. Ferunt quoq́ eis consuetudinis esse, amicos ultro, in regis morte, uita defungi, existimantes eũ interitum gloriosum, ueræq́ amicitiæ testẽ. Plures solis propinquitate nudi agunt, ouillis caudis pudenda obtegunt, & pauci omnino pecorum uestiuntur pellibus. Alij subligacula capillis contexta, ad medium corpus inducunt, pecuariam rem uulgo exercent, pecora pusilla, admodũ duri hirciq́ uelleris, canes & ipsi nihilo maiores, cæterum asperi & pugnaces. Milij, hordeiq́ freq̃es usus, unde potũ etiã conficiunt. Cæteris carent frugibus, præter palmulas, easq́ perraras. Quidam herbis uictitant, tenuioribus harundinum radicibus, carnibus, lacte, & caseo uescuntur.

TABVLA TERTIA

Aphricæ continet

Cyrenaicã, quæ & Pentapolis, Marmaricam, Libyam, Aegyptum, & Thebaidem.

TERTIA tabula Aphricæ Cyrenę & Ægypti continet Cyrenaicã & Ægyptũ, cũ adiacẽtibus insulis. Parallelus ipsius medius, rationem habet ad meridianum quam 35. ad sexaginta.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Iudæa, & Arabia petrea, & sinu Arabico

A meridie interioris Libyæ deserto, & Æthiopia, quæ sub Ægypto est.

Ab occasu Aphrica & magna Syrte, & parte interioris Libyæ.

A septentrionibus Libyco pelago, & Ægyptio.

Cyrenaice ciuitates insignes

Berenice, quæ & Hesperides, maximam diẽ habet hor. 14 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horæ $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.

Arsinoë, quæ & Teuchira, maximã diem habet ho. 14 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.

Ptolemais maximam diẽ habet horarum 14 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum ho. $\frac{2}{3}$.

Apollonia maximã diẽ habet horarum 14 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. $\frac{2}{3}$.

Cyrene maximam diem habet hora. 14 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum horæ unius $\frac{2}{3}$.

Marmaricæ autem

Magna Chersonesus maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. $\frac{1}{2}$.

Libyæ uero

Paratonium maximam diem habet horarũ 14 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horæ $\frac{1}{4}$.

Alexandria maximam diem habet horarũ 14 $\frac{1}{12}$. Et distat à meridiano Fortunatarũ insularũ uersus ortum solis ho. 4.

Pelusium maximam diem habet horarũ 14 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria ad ortum horæ unius quinta parte.

Memphis maximam diem habet horarũ 13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{6}$. Et distat ab Alexãdria uersus ortũ hor. octaua parte.

Eius regionis quæ uocatur Thebais

Ptolemais Hermei maximã diem habet hor. 13 3 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. octaua parte.

Magna Dyopolis maximam diem habet horarum 13 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. octaua parte.

Syene maximam diem habet hor. 13 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortũ hora. octaua parte. Hicq; sol semel in anno fit supra uerticem capitis, quando in æstiuo est tropico.


Ammon maximam diem habet horarum 13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horæ unius $\frac{1}{3}$.

Magna Oasis maximam diem habet horarũ 13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum parum quid.

Mysormus maximam diem habet horarum 13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. $\frac{1}{4}$.

Berenice maximam diem habet hora. 13 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortũ hor. $\frac{1}{4}$. Hic sol semel in anno fit supra uerticem, quando est in tropico æstiuo.

Tertia Aphricæ tabula continet à partibus 46 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. usq; ad partes 65. Fitq; Lõgitudo partiũ. 18 $\frac{1}{4}$. Latitudo uerò à partibus 23. usq; ad partes 32. Et fit Latitudo partium 9.



LIBYAE INTERIORIS PARS
Syrtes Magna
Baritae
Apotamite
Basisaorum mons
Aegilei
Loca ferarum plena
Silvifera Regio
Silvifera Regio
Maecotutae
Lagamcorũ Specus
Ammoniaca Regio
Tapanitae
Obilae
Sevites
Ezari
Azar Mons
Abrocho regio
Oasitae
Nitriotae
Ogdaemi
Mastitae
Libiae Aegipcy
Ruaditae
Ichtiophagi
Sinus Arabicus
Arabie petree pars
Arabes Egipti
Pharos
Andonis
Alexandria
Ade.

TABVLA TERTIA Aphricæ.

AEGYPTVS regio in Aphrica, uel secundū aliquos, Aphricæ proxima ab Ægypto Danai fratre, sic appellata, quū prius Aeria diceret: Hæc (ut plinius dicit lib. 5.) ab oriēte rubro mari, Assiriæq; cōiungitur. Vrbes eius insignes fuere, Thebæ, Alidos, Alexādria, Babylon, & Mēphis, hodie Damiata, & Soldani sedes, ciuitas Chayrus siue Alcijr, amplissima. In Ægypto nunq; uisum est pluere, sed terram ipsam Nili inundatione, quotannis, post æstiuale solstitium fœcūdari. à plerisq; inter insulas relata est, ita se Nilo scindēte, ut triquetrā terræ deliniet figuram. Quo contingit, ut à Grecæ literæ similitudine sit à multis Delta cognominata. Ægyptij omnium primi, duodecim deorum nomina cōmenti sunt. Aras & simulachra delubraq; statuisse creduntur, animalia in saxis figurasse. Quæ omnia planè arguūt, eos ab Æthiopibus esse oriundos, qui horum omnium fuerint autores, ut tradit Diodorus Siculus. Eorū fœminę olim negociari, cauponari, institoriaq; obire munera consueuerunt. Viri intra murorum parietes texere. Hi onera capitibus gestare, mulieres humeris. Illæ stantes micturire, hi sedentes, domi uulgo uētrem exonerare, in uijs comessari. Mulierum nulla, neq; dei cuiusq;, neq; deæ, sacrificium habet. Initiantur, non singulatim cuiq; deorum, sed gregatim, quorū unus est pontifex. Vbi quis defunctus est, filius eius subrogatur. Pleriq; mortalium in funere deglabrant capita, & barbam promittunt. Ægyptij promittebant capillum, & barbā tondebant. Panem pedibus, lutum manibus subigebant, à dextra in sinistrā literas dirigunt. Horum mares binis uestibus uti moris fuit, fœminas singulis. Bipartitus literarum usus. Profanus hic, ille sacer, sed uterq; ab Æthiopibus sumptus. Sacerdotes tertio quoq; die corpora rasitare, ne quid sordis, cum sacra faciunt, intercurreret. Linea ferre uestimenta, semper recens abluta, fascia munditiæ gratia se circuncinctos esse, quia satius sit, mundos esse, q̃ decoros. Vestem sacerdotes lineam tantum gestare, & calceos papyraceos. Lauātur quotidie frigida aqua, interdiu ter, nocte bis è farre (quòd quidam siliginam uocant) confecto, uictitant. Vino utunt facto ex hordeo, desunt enim in ea regione uites. Victitant quoq; tum piscibus partim crudis, ad solem arefactis, partim salsugine conditis, tum auibus, sed earum crudis, prius tamen sale conditis cothurnicibus, anatibusq;, apud locupletes. Eorum cum multi conuenerūt, & à cœna discessum est, circunfert aliquis in loculo mortuum, é ligno factum, aut pictura & opere maxime imitantem, longitudine cubitali omnino, aut bicubitali, ostendensq; singulis conuiuarum, ait. In hunc intuens pota, & oblectare, talis post mortē futurus. Ad Ægyptios prius, ut mores illorū, leges, & sapientiam quibus tum omnes terræ nationes facile anteibant, perciperent, transiere, ut Orpheus. Poetaq; Homerus, Musæus, Melampodes, Dædalus, Licurgus, Spartanus, Deinceps Solon Atheniēsis. Plato philosophus, ac Samius Pithagoras, & huius discipulus Salomoxis. Eudoxus quoq; mathematicus, Democritus abderites, & Inopides Chius, Moses hebræus. & alij q̃ plurimi.

APHRICAE
tabula quarta continet
Libyam & duas Aethiopias.

QVARTA & ultima tabula Aphricæ cōtinet interiorē Libyā, & Æthiopiam quæ sub Aegypto est & eā quæ est interius, cum insulis sibi adiacentibus. Parallelus ipsius medius, rationē habet ad meridianum eandem ferè.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Arabico sinu, & mari rubro, ac sinu barbarico, & parte Indici pelagi,
A meridie terra incognita.
Ab occasu terra incognita, & oceano occidentali.
A septentrionibus Mauritanijs duabus, & Aphrica, ac Cyrenaica, Aegyptoq;.

Libyæ interioris ciuitates insignes

Autolalæ maximā diē habēt horarū 13 ½. Et distāt ab Alexādria uersus occasum horis 3 & ⅔. Hic sol semel in anno fit supra uerticem in æstiuo tropico.

Larzitha maximā diem habet horarum 12 ½ ¼ Et distat ab Alexādria uersus occasum hor. 3 ferè. Et hic sol bis in anno fit supra uerticē capitis, quādo distat à tropico æstiuo ab utraq; parte gra. 58.

Thamondocana maximā diem habet horarum 13 1/12. Et distat ab Alexandria uersus occasum horis duabus ½ ferè.
Excipit autem bis ī anno solem supra uerticem, quando distat à tropico æstiuo ex utraq; parte gradibus 42 ½ ¼.

Gira maximā diem habet hor. 13 & octaua parte. distat ab Alexādria uersus occasum ho. 1 ½ & octaua parte. Recipit autē & ipsa solē bis in anno supra uerticem, quando distat à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus 39 ½.

Garama maximā diē habet hor. 13 ⅓. Et distat ab Alexandria uersus occasum hora 1 & septima parte. Hic sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraq; parte grad. 23 ½.

Aethiopiæ sub Aegypto ciuitates insignes

Napata maximam diē habet hor. 13 ¼. Et distat ab Alexandria uersus ortū hor. ⅓. Hic quoque sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus 29 ½.

Merōe maximam diem habet hora 13. Et distat ab Alexandria uersus ortū hor. quindecima parte. Hic sol bis in anno fit supra uerticē, quum distat à tropico æstiuo gradibus. 46 ½ 1/12.

Ptolemais ferarum, maximā diem habet hor. 13. Et distat ab Alexādria uersus ortū hor. ⅓ 1/12. In ea sol bis in anno fit supra uerticem, quū distat à tropico æstiuo ab utraq; parte gradi. 45 ½.

Adulis maximam diem habet hor. 12 ⅔. Et distat ab Alexandria uersus ortum ho. ½ ferè. Hic sol bis in anno fit supra uercē, quū distat à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus 62 ½ 1/12.

Dire maximā diem habet hor. 12 ⅔. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1 Bisq; solem ī anno supra uerticē sumit, quum distat à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus 62 ½ 1/12.

Mosylū maximam diem habet horarum 12 ½. Et distat ab Alexādria uersus ortū hor. 1 & ¼. In hac sol bis ī anno fit supra uerticē, quū distat à tropico æstiuo ex utraq; parte gradibus 68 ½ ⅓.

Aromata maximā diem habet horarum 12 ⅓. Et distat ab Alexādria uersus ortū hor. 1 ½. Suumtq; solem bis in anno supra uerticem, quando distat à tropico æstiuo ex utraq; parte gradi. 74 ½ ⅓. ferè.

Quarta & ultima Aphricæ tabula continet à parte una, usq; ad partes 85. Et fit Lōgitudo partiū 85. Latitudo ab æquinoctiali autē boreā uersus partiū 26 ½. Ab æquinoctiali autē uersus austrū partiū 16 ⅓ 1/12. Vel integrarum partium 17.
Ita ut si partes Boreales & Australes coniungantur, fiant partes 43 ½.


Mili.50.
Mili.54.
Mili.60.
Mare
Mediterraneum
Mare Athlanticum
Marmarica Cesariensis
Africa
minor
Cyrenis
Marmarica et Egipty
Arabie deserte pars
Sinus persicus
Clima .iii.
Clima .ii.
Clima .i.
Tropicus Cancri
Arabie felicis pars
LIBIA
INTERIOR
Garamantes
Sinus Hesperius
Hesperii Ethiopes
Regio Ethiopum in qua Elephantes albi omnes gignuntur et Rinocerontes et Tigrides
Equinoctialis
ETHIOPIA
SUB EGIPTO
TROGLODITICA
Mare Rubrum
Cinamomifera Regio
Sinus Barbaricus
paludes nili
Mons lune
Agisimba Regio Ethiopum
Prassum promont.

De Aethiopia.

HAEC quarta Aphricæ tabula continet alias Æthiopiæ ciuitates quas prior non explicauit. Meroë fuit olim regni caput. Cly,ei figuram ea insula imitatur, ad tria milia stadiorum, cum Nilo protensa. Accolunt pastores eam, qui passim uenantur, & Agricolæ aurifodinas habent. Herodotus autor est, apud Macrobios Aethiopas æs pluris æstimari, q̃ aurum, cuius tam uilis sit usus, ut Cambysis legati, eo profecti, sontes uiderint aureis catenis in custodia uinctos. Quidam sesamum, alij lotum serunt. Hebeno & siliquastro abundant. Elephantes uenantur, & comedunt. Leones habẽt, Rhinocerota, Basiliscos, Pardalos, Draconesq́ꝫ, qui multiplici uexu implicitos Elephantos haustu sanguinis conficiunt. Hyacinthus ibi & Chrisopassus reperiuntur, colligitur & cinnamomũ. Arcubus utuntur quadricubitalibus ligneis, & perustis. Instruuntur ad bellum etiã mulieres, quarum pleræq́ꝫ oris labium æneo traiectum habent circulo. Venerantur eorum quidam orientem Solem, occidentem diris supplicationibus insectantur. Mortuos nonnulli in profluentem dejiciunt, alij fictilibus cõdunt dolijs: quidam etiam uitreis conditos domi in annum asseruant, religioséque interim colunt, & primitias offerunt. Regem uenerantur ut deum, & talis fuit ab initio, etiam ante secula multa Aetthiopiæ status. Aethiopiæ rex (quem nostri Pretoianem uocant, aut Sacerdotem Ioannem, siue Ianem, illi Giam, id est, potẽtem) tam potens est, ut duobus & sexaginta alijs regibus imperitare prædicetur, magnorum antistitum desyderia ad ipsum omnia referri, atq́ꝫ Sacerdotia impetrari. Quod Romanus põtifex, regũ maiestati dedit. Sacerdos tñ ipse non est, nec ullis sacris initiatus. Primorum antistitũ ingens numerus, atq́ꝫ cuiq́ꝫ horum ad minus uiginti obediunt episcopi. Principes atq́ꝫ alios maioris dignitatis antistites, cum in apertum exeunt, crux præcedit, & aureum uas, terra refertum, ut hoc inspectum, euntem suæ admoneat mortalitatis, illa dominicæ passionis. Sacerdotes procreationis causa ducũt uxorem, quam si morte amiserint, nephas est aliam superducere. Magna diuorum templa, ac nostris opulẽtiora, plurimumq́ꝫ fornicato opere ad summum educta. Multæ piorum ordinum familiæ, Antonij, Dominici, Calaguritani, Augustini, Macharei: colore amiciuntur indiscreto, antistitũ permissu. Secundùm deum optimum deiparamq́ꝫ uirginem, summa in his terris ueneratio Thomæ cognomento Didymo.

TABVLA PRIMA

Asiæ continet

Pontum, Bithyniam, Asiam propriæ dictam, in qua Phrygia, Lyciam Pamphiliã, in qua Pisidia, Galatiam, in qua Paphlagonia & Isauria, Capadociã, Armeniam minorem, & Ciliciam.

ASIAE tabula prima cõtinet Pontũ, & Bithyniã, & quæ ꝓprie Asia dicitur, ac Lyciam, & Galatiam Pãphiliam, itẽ Capadociã, & Ciliciam.

Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum, quã tria ad quatuor.

Circunscribitur autem tabula

Ab ortu Armenia maiori, & parte Syriæ.

Ab Austro Carpathio, Lyciaco, & Pamphilio mari, Angustisq́ Ciliciæ, & sinu Isbico.

Ab occasu Thracio, Bosphoro, & propõtide, ac Hellesponto, & Ægeo pelago, ac Icario, & Myrtoo.

Ab arctis Pontico mari.

Bitynicæ ciuitates insignes

Chalcedon maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horæ unius $\frac{1}{4}$.

Nicomedia maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{4}$. ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. $\frac{1}{5}$.

Apamia maximã diẽ habet horarũ 15 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexand. uersus occasum hor. unius quinta parte.

Heraclea Ponti, Maximã diem habet ho. 15 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. decima quinta.

Nicæa maximam diem habet hor. 15 parte octaua. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. $\frac{1}{5}$.

Propriæ Asiæ

Cyzicus maximã diẽ habet hor. 15. Et distat ab Alexãdria uersus occasum ho. $\frac{1}{4}$.

Alexandri Troas maximã diẽ habet horarum 15. fer. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. $\frac{1}{3}$ ferè.

Pergamus maximã diem habet horarum 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{6}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. quinta parte.

Smyrna maximã diẽ habet hora. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexan. uersus occasum hor. octaua parte.

Ephesus maximã diem habet hora. 14 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum hor. quinta parte.

Miletus maximam diem habet hora. 14 $\frac{1}{2}$ parte octaua. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. parte octaua.

Cnidus maximã diẽ habet hor. 14 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexãdria uersus occasum ho. $\frac{1}{4}$

Sardis maximam diẽ habet hora. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. parte octaua.

Magnesia maximam diem habet hora. 14 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum ho. octaua parte ferè.

Apamia Phrygiæ maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Sitaq́ est ferè sub eodẽ Alexandriæ meridiano.

Cibyra maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ octaua pte. Et distat ab Alex. nihil ferè.

Mitylene maximã diemh abet horarum 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. octaua parte. Et distat ab Alexã. uersus occasum hor. $\frac{1}{4}$.

Chios maximã diem habet hora. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alex. ad occasum. hor. $\frac{1}{4}$.

Rhodos maximã diẽ habet ho. 14. $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alex. uersus occasum hor. octaua parte.

Lyciæ

Patara maximã diem habet horarũ 14 $\frac{1}{2}$. Et sita est ferè sub ipso Alexandriæ meridiano.

Andriaca maximã diẽ habet hor. 14 $\frac{1}{2}$. Distatq́ ab Alexandria ad ortũ ferè nihil.

Myra maximã diẽ habet ho. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et distat parũ ab Alexandria uersus ortum.



PONTUS
EUXINUS
Paphlagonia
GALLA
PO
TU
BITHI
NI
Propontidis
Hellespontus
Mysia
Phrygia
ASIA
PRO
PRI
A
LI
D
Lesbos
EGEUM MARE
CAR
IA
LY
CI
A
PA
MPH
LI
Y
CI
L
ICIA
MIRTOUM MARE
RHODUS
Coa
Maxima
Chelidonia
Cipriis insula
CAP
PA
DO
CI
A
Pont Ca padocie
A
ME
N
IA
MI
N
OR
Armenie minoris pars
Syrie pars
Taurus Mons
Amantus Mons
Argeus Mons
Cissi
Gra.1.15.47.mil.
15. pal. diē max. ho. 15 3/4
12. pal. diē max. 15. Clima. 5.
11. pal. diē max. h. 14 1/2 1/4
10. Ra. diē max. ho. 14 1/2

Galatiæ

Sinope maximã diẽ habet hor.15 $\frac{1}{3}$.Et diſtat ab Alexandria uerſus ortũ horæ $\frac{1}{4}$.

Amiſus maximã diẽ habet hor.15.$\frac{1}{4}$.Et diſtat ab Alexãdria uerſus ortum hor.$\frac{1}{3}$.

Ancyra maximã diẽ habet hor.15. octaua parte.Et diſtat ab Alexãdria uerſus ortum hor.$\frac{1}{6}$ ferè.

Therma maximã diem habet horarum 15. octaua parte.Et diſtat ab Alexãdria uerſus ortum parum quid.

Peſſenus maximã diẽ habet hora.15.Et diſtat ab Alexãdria ad ortum parum.

Pamphiliæ

Sida maximã diẽ habet hor.14 $\frac{1}{2}$.Et diſtat ab Alexãdria ad ortũ ho.quinta parte.

Perga maximam diẽ habet hor.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum ho. octaua parte.

Aſpendus maximã diẽ habet hor.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria quantũ Perga.

Termeſſus maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{2}$ octaua parte.Et diſtat ab Alexandria quantũ Perga & Aſpendus.

Capadociæ

Trapezus maximã diẽ habet hora.15 $\frac{1}{4}$.Et diſtat ab Alexandria uerſus ortũ hor.$\frac{2}{3}$.

Comana Pontica maximã diẽ habet horarum 15 $\frac{1}{12}$.Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor.$\frac{1}{2}$.ferè.

Maza, quæ & Cæſarea, maximã diem habet hor.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor.$\frac{1}{3}$ & decima tertia.

Armeniæ minoris

Comana Capadociæ maximam diem habet hor.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horæ $\frac{1}{2}$.

Melitena maximã diẽ habet hora.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexã.uerſus ortũ hor.$\frac{2}{3}$.

Nicopolis minoris Armeniæ maximam diem habet horarũ 15.Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor.$\frac{2}{3}$.ferè.

Satala Armeniæ minoris, maximã diem habet hora.15.octaua parte.Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor.$\frac{2}{3}$.ferè.

Ciliciæ

Selenus maximã diem habet hor.14 $\frac{1}{2}$.Et diſtat ab Alexã.uerſus ortum hor.$\frac{1}{4}$.

Pompeiopolis, quæ & Soli, maximã diẽ habet hora.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor.$\frac{1}{2}$.ferè.

Mallos maximã diẽ habet ho.14 $\frac{1}{2}$.Et diſtat ab Alexã.uerſus ortũ hor.$\frac{1}{2}$.& decima quinta parte.

Tarſus maximã diem habet hora.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexan.uerſus ortũ hor.$\frac{1}{2}$.

Adana maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horæ $\frac{1}{2}$.& quid plus.

Prima igitur Aſiæ tabula continet à partibus 55.uſq; ad partes 72 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.Et fit Longitudo partium 17 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.Latitudo à partibus 35.uſq; ad partes 44 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.Et fit Latitudo partium 9 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.

TABVLA PRIMA Aſiæ

ASIA altera tripartitæ terræ pars, appellata ab Aſia, oceani & Thethios filia, Iapeti uxore, ac Promethei matre. Siue (ut alij uolũt) ab Aſio Manæi Lidi filio. Cuius ſitus altero latere ſatis eſt enucleatus. Hæc pars terræ, in nomina ac plures portiones diuiditur, quarũ aliæ maiores, aliæ minores ambitus comprehendunt. Tam latum autem & patens dicũt eſſe quicquid terræ Aſiæ nomine continetur, ut Aphrica & Europa, reliquæ duæ partes non magis complectantur, ꝗ hæc ſola. Cœlo tẽperato eſt, ſolo fertili, & propterea omniũ animãtiũ genere cultiſſima. Quapropter liquet, in ea uarios gentiũ eſſe mores & ritus, uaria naſcẽtũ mirabilia, de quibus unoquoq; loco, ubi tabulæ compages dabit aliquid dicetur. Sed in ea huius primæ tabulæ parte, quę minoris Aſiæ nomen obtinuit, Turciæ maioris nomẽ iam præualuit, ob ingentem qui eam diripuerunt & poſſident Turcarum colluuiem, qui & in Europam ab inde tranſfretantes formidabile chriſtianis imperium in Conſtantinopoli ſtatuerunt.

De gente Paphlagonum & Capadocum, & Ponto Euxino,
Plinium lege, libro 6.ca.1.2.& 3.naturalis hiſtoriæ,
ſi te largior locorum monſtratio delectat.

ASIAE TABVLA
ſecunda continet
Sarmatiam Aſiaticam.

ASIÆ tabula ſecunda cõtinet Sarmatiam, quæ in Aſia eſt.

Parallelus ipſius medius rationẽ habet ad meridianum, quam ſeptem ad duodecim.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Scythia, & parte Caſpij maris.
A meridie Albania, & Iberia, & Colchide, & parte Euxini ponti.
Ab occaſu Palude Mæotide, atq; Sarmatia Europæ.
A ſeptentrionibus terra incognita.

Inſigniorum autem ciuitatum in eis.

Hermoneſſa maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexãdria uerſus ortum hor. $\frac{1}{3}$.

Oenanthia maximam diem habet horarũ 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. $\frac{2}{3}$. ferè.

Tanais maximam diem habet horarum 17 $\frac{1}{6}$. Et diſtat ab Alexendria uerſus ortum hor. $\frac{1}{2}$. ferè.

Tyrambe maximã diem habet horarum 16 $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. $\frac{1}{2}$. ferè

Naubaris maximam diem habet horarum 17 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. $\frac{2}{3}$.

Secuuda Aſiæ tabula continet à partibus 64. aut per totam paludem Mæotim, à partibus 60. uſq; ad partes 87 $\frac{1}{2}$. Et fit Longitudo partium aut 23 $\frac{1}{2}$. aut 27 $\frac{1}{2}$. Latitudo à partibus 46 $\frac{2}{3}$. uſq; ad partes 63. Et fit Latitudo partium 16 $\frac{1}{3}$.



Vii grad' longitud. continet miliar 32 1/2

miliã 40 1/2

20 paral. differt ab æqui. ho. 7. diem maio. 1.

19. paral. differt ab æqui. ho. 6. diem maxi. 18.

18. paral. differt ab æqui. ho. 5 1/2 diẽ maxi. 17 1/2.

17. paral. differt ab æqui. hor. 5. diem maxi. 17.

16. paral. differt ab æqui. ho. 4 1/2 diẽ ma. 16 ho. 1/2.

15. paral. differt abæqui. hor. 4. diem maxi. 16.

TABVLA SECVN-
da Asiæ.

IN HAC secunda Asiæ tabula uaria portentosa hominum loca insignita sunt, unum tamē, quod potissimum, & plus cæteris narratu dignum occurrit, Barbaræ scilicet mulieres in armis & prælijs egregiæ, hæ Amazones uocantur, & insula fluuio undiq; circunclusa, plusq; 200. milia, absq; nirorum consortio habitare solent. Quæ quando cum regina sua uictrices à prælijs reuertūtur, à uiris suis (qui per se cōmorantur extra insulam) adorātur. Semel autem in anno, causa generādæ prolis, ad maritos exeūt, reuersęq; si masculum conceperint, ipsum per sex annos nutriūt & posteà patri suo transmittunt. Si uerò fœminam, ipsam secum reseruant. Itaq; quoniam ex frequenti libidinis usu multi spiritus cōsumūtur, præfatæ uirgines, quanto rarius coeunt, tāto fortiores, & ad pugnandū magis idoneæ sunt. In his quoq; partibus sunt mulieres ualdè speciosæ, in quodam flumine calido habitantes, horridas uestes habētes, armisq; argēteis (eo q; ferro carent) utētes. De his etiā uide Plinium libro 6. capite 13. Hodie hæc tota mulierum prodigiosa fabula perijt, à Tartarisq; hæc regio penitus colitur.

TABVLA TERTIA Asiæ

complectitur Colchidem, Iberiam, Alberiam, & Armeniam maiorem.

TERTIA tabula Asiæ continet Colchidem Iberiam, Albaniam, & maiorem Armeniam. Parallelus ipsius medius, rationē habet ad meridianum, quam undecim ad quindecim.

Terminatur autem tabula

Ab ortu parte Caspij maris, & parte Mediæ.
A meridie Assyria, & Mesopotamia.
Ab occasu Capadocia, & parte Euxini ponti.
Ab Arctis Sarmatia Asiatica.

Colchidis insignes ciuitates

Dioscuria maximam diem habet horarū 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horæ $\frac{2}{3}$ decima quinta parte.
Phasis maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{2}$. ferè. Et distat ab Alexādria uersus ortum horæ $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{6}$.

Iberiæ

Artanissa maximam diem habet horarū 15 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexādria uersus ortū hora una.
Armactica maximam diē habet horarū 15 $\frac{1}{2}$. ferè. Et distat ab Alexādria uersus ortum hora.

Albaniæ

Gætara maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1. & $\frac{1}{3}$. ferè.
Albana maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1 $\frac{1}{3}$. & decima parte.

Armeniæ maioris

Artaxata maximam diem habet horarū 15 $\frac{1}{6}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1 $\frac{1}{3}$.
Armauria maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{4}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1 & decima parte.
Thospia maximam diem habet horarū 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ cū octaua parte. Et distat ab Alexandria ad ortum hor. 1. ferè.
Artemita maximam diem habet horarū 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1. & $\frac{1}{4}$. ferè.

Tertia Asiæ tabula continet à partibus 70 $\frac{1}{2}$. usq; ad partes 87 $\frac{1}{2}$. Et fit Longitudo partiū 17. Latitudo à partibus 38. usq; ad partes 47 $\frac{1}{2}$. Fitq; Latitudo partium 9 $\frac{1}{2}$.



Maurah
COLHI
IBERIA
ALBANIA
PONTI PARS
HIRCANI SIVE CASPII MARIS PARS.
Capadonae pars
Catarzena
Tosarena
Bothae
Strazena regio
Sodocena Regio
Balisena regio
Hobo regio
Sophena
ARMENIA
Alsena regio
MAIOR
Bagraudauena
Gordena regio
Euttena regio
Cozana regio
Mardi
MEDIE PARS
ASSIRI PARS.
Mesopotamie pars
Armenemnoris pars
Caucasus mons
Lubium Villa
Vasarna
Agmna
Chaboca
Misia
Gerrus
Thabilaca
Theleba
Gelda
Alamus
Chadacha
Albana ciuitas
Mamechia
Barica
Getara
Sacalbina
Armauria fons
Araxes fl.
Zogonia
Tarina
Legerda
Mazara
Anzeta
Soita
Belcania
Arasmosata
Simmana
Sagauana
Sarduia
14 pat. hñs diē maiorē horarū 15 et ½
Clima sexti
13 paral. hñs diē maio. ho. 15 cū quarta
12 pal. hñs diē maiorē horis 15.
Clima qñ intō
11 pal. habens diem maiorē ho. 14 ½ ¼
Mihar. 47

TABVLA TERtia Asiæ

QVÆ Asiæ tertia tabula contineat, ex præcedentibus innotuere. Iam uerò de moribus inhabitantium, aliquid differere placet. Et primo de Albania, quæ à candore populi nuncupata est, eo quod albo crine nascuntur. Huic terræ canes ingentes sunt tantæque feritatis, ut tauros premant, & leones perimant. Populi eius feroces admodum sunt, & (ut quidã asserunt) armigeri illi procaces sunt, quos uulgo Stradiottem nuncupamus. Hos etiam memorat Plinius libro 6. ca. 10. Armenia uocata est ab Armeno Iasonis Thessali comite, qui amisso rege Iasone, collecta eius multitudine, quæ passim uagabatur, Armeniam cepit. & ex suo nomine nuncupauit. Duplex autem est, scilicet, Superior & Inferior. Iberia regio Asiæ prope pontũ Armeniæ iũcta. In hac herbæ tincturæ utiles nascũtur.

TABVLA QVARTA
Aſiæ

complectitur Cyprum inſulam, Syriam, Phœniceam, Iudæam Palæſtinam, Arabiam Petream, Arabiam deſertam, Meſopotamiam & Babyloniam.

ASIÆ tabula quarta continet Cyprum, & Syriam & Iudęam, & ambas Arabias, petream & deſertam, Meſopotamiam, & Babyloniam.

Parallelus ipſius medius, rationem habet ad meridianum, quam quinq; ad ſex.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Aſſyria, & Suſiana & parte ſinus Perſici.

A meridie parte eiuſdem Perſici ſinus & felici Arabia, & interiori parte ſinus Arabici.

Ab occaſu parte Ægypti, & Ægyptio & Syriaco, & Pamphilio mari, ac Iſſico ſinu, & Cilicia.

Ab Arctis anguſtijs Ciliciæ parte Cappadociæ, & maioris Armeniæ.

Cypri ciuitates inſignes

Paphus maximam diem habet horarum $14\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria ad ortum hor. $\frac{1}{4}$.

Amathus maximam diem habet horarũ, $14\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. ferè. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortũ hor. $\frac{1}{3}$ cũ decimaquinta parte.

Salamis maximã diẽ habet horarũ $14\frac{1}{2}$. ferè. Et diſtat ab Alexãdria uerſus ortũ hor. $\frac{1}{3}$ & octaua parte.

Syriæ ciuitates inſignes

Laodicia maximam diem habet horarũ, $14\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. 2 & quinta parte.

Hierapolis maximã diẽ habet hora. $14\frac{1}{2}$. & quid parũ. Diſtatq; ab Alexã. uerſus ortũ horæ $\frac{2}{3}$ cũ decimaquinta parte.

Apamia maximã diẽ habet hora. $14\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexã. uerſus ortũ hor. $\frac{2}{3}$.

Palmyra maximã diẽ habet hor. $14\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexã. uerſus ortũ hor. $\frac{1}{2}\frac{1}{4}\frac{1}{12}$

Heliopolis maximã diẽ habet horarũ $14\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. $\frac{1}{2}$ & decimaquinta parte.

Panias Cæſarea maximã diem habet horarum $14\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexãdria uerſus ortum hor. $\frac{1}{2}$ ferè.

Damaſcus maximam diem habet horarũ $14\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. $\frac{1}{2}$ & decima parte.

In Iudæa, aut Palæſtina

Cæſarea Stratonis maximam diem habet hor. 14 cũ quinta parte. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. $\frac{1}{3}\frac{1}{12}$.

Aſcalon maximam diem habet horarum 14 cũ octaua parte ferè. Et diſtat ab Alexãdria uerſus ortum hor. $\frac{1}{3}$.

Neapolis maximam diem habet horarũ 14 cũ octaua parte. Et diſtat ab Alexandria ad ortum horæ $\frac{1}{3}$. & octaua parte.

Elia Capitolia Hieroſolyma maximam diem habet hora. 14 cũ octaua. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum horæ $\frac{1}{3}$ & decimaquinta parte.

In Arabia Petrea

Petra maximã diẽ habet hora. 14 Et diſtat ab Alex. uerſus ortũ ho. $\frac{1}{3}$ & decima pte.

Medaba maximã diẽ habet horarũ 14. ac parũ qd. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. $\frac{1}{2}$ & decimaquinta parte.

Boſtra maximam diem habet horarũ 14. cũ octaua parte. Et diſtat ad Alexãdria nerſus ortum hor. $\frac{2}{3}$. ferè.

In Meſopotamia

Edeſſa maximã diẽ habet hora. $14\frac{2}{3}$. Et diſtat ab Alexãdria uerſus ortũ hor. $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$.

Niſibis maximã diẽ habet hor. $14\frac{2}{3}$. Et diſtat eb Alexãdria uerſus ortũ hora 1.

Nicephoriũ maximã diẽ habet hora. $14\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexãdtia uerſus ortum hor. $\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ & decimaquinta parte.

Lambana maximã diẽ habet hor. $14\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexan. uerſus ortum hor. $1\frac{1}{6}$.

Seleucia maximam diem habet horarum $14\frac{1}{2}$. ferè. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. $1\frac{1}{4}$.

In Babylonia

Babylon maximã diẽ habet hor. $14\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alex. uerſus ortũ hor. $1\frac{1}{4}$.

Barſita maximã diem habet ho. $14\frac{1}{3}$. Et diſtat ab Alexã. uerſus ortũ hor. $1\frac{1}{4}$. ferè.

Orchoa maximam diem habet horarum $14\frac{1}{4}$ ferè. Et diſtat ab Alexãdria uerſus ortum hor. $1\frac{1}{4}$. ferè.

Teredon maximã diẽ habet hora. $14\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexã. uerſus ortũ hor. $1\frac{1}{3}$.

Quarta Aſię tabula cõtinet à partibus $63\frac{1}{2}$, uſq; ad partes $80\frac{1}{2}$. Fitq; Longitudo partiũ 17. Latitudo à partibus $28\frac{1}{2}$, uſq; ad partes $38\frac{1}{2}$. Et fit Latitudo partiũ 10.


Armenię minoris pars
Taurus mons
Pamphilię pars
Cilitię pars
Angustię Cicilię
Sinus issicus
CYPRUS
MARE SYRIACU
Leon fl.
Sidon
tyrus
ptolemais
Sicaminon
Carmelus mons
Æ Giptiacum
Ægipti pars
ARABIA PETREA
Munichiatis regio
Memphara villa
Elana villa
Cathapharena promon
omus arabici pars
Antilibanus mons
Libanus mons
Hippos mons
Gaza
Ascalon
Iope
Cesarea strabo
Damascus
Heliopolis
phoenicia
palmirene
Apamena
Trachonitis arabes
Bostra legio
Rathemi
Montana
ARABIE FELICIS
Arabię foelicis
Assirię pars
Tigris fl.
Licus fl.
Caprus fl.
Gorges fl.
Anthemusia
Bithiga
Casius mons
Singara
Gizama
MESOPOTAMIA
Chaboras fl.
Eufrates fl.
Aborras fl.
Antobaritis regio
Ingenia regio
Bathanęi
Cauthabem
ARABIA DESERTA
Agrei
Essitę
Martem
Masam
BABYLONIA
Babylon
Caldea regio
Mardocea regio
Strophades
Rahabem
Horthem
Susianę pars
Sinus persicus
Teredon
Ammaea
Arabię montes

TABVLA
quarta Asiæ.

HÆC TABVLA Syriam cum suis adiacentibus continet, ut alio latere tactum est. Hæc à Syro quodam nomen traxisse perhibetur. Hanc incoluit Fœnix Catheni frater, de Thebis Aegyptiorum, qui apud Sidonem regnās, regionem illam suo nomine Phœniciam nominauit. Hæc fertilis & bona est, à Iudeis & Saracenis quōdam inhabitata, à Turcis iam tota subacta.

HVIC tabulæ, Arabiæ duæ partes inseruntur, Desertæ scilicet, & Felicis: Triplex enim Arabia est, Petrea scilicet, Deserta, & Felix. Et dicitur Arabia, ab Arabo Apollinis, ex Babylone filio. Alij dicunt, ꝙ Arabia idem quod sacrū dicatur, eo ꝙ thuriferos odores creet. De felici autem nihil ad propositā tabulādicendū erit, quia in sexta de ea tractabitur. Desertæ autē est eremus miræ magnitudinis, ubi nihil nisi serpentes & bestiæ immanes morantur.

Adiūcta insuper Cyprus insula, cuius ambitus triū milliū quadringētorū & uiginti stadiorū à Strabone definit. Longitudo à Clidibus in Acamantem pedestri itinere, ab oriente in occidentem progrediendo, mille & quadringentorum stadiorum. Virtute nulla insularum inferior, uino abundat & oleo, frumenti quoq; satis habet. Tyranni primo ei per urbes dominabantur, inde Ptolæmaici Aegypti reges, posteà romani, tandem in Venetorum concessit ditionem, Turcarū imperatori quotannis penso tributo.

ASIAE TABVLA quinta continentur Assy- ria, Media, Susiana, Persis, Parthia, Carmania deserta, & Hyr- cania.

Asiae tabula quinta continet Assyriam, Susianam, Mediā, Persidē, Parthiā, & Carmaniam desertam. Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum, quā quatuor ad quinque.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Aria.
A meridie Cermania, & sinu Persico.
Ab occasu Babylonia, ac Mesopotamia, & parte maioris Armeniæ.
A Septētrionibus Hyrcani maris parte, & regione Hyrcania.

Assyriæ insignes ciuitates

Ninos, quæ & Nieuni, maximā diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1. & quinta parte.
Arbila maximam diem habet horarū 14 $\frac{1}{2}$. cū octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1 $\frac{1}{3}$.
Ctesiphon maximam diem habet horarū 14 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hora. 1 $\frac{1}{3}$.

Susianæ

Susa eiusdem nominis ciuitas cū ipsa maximam diem habet hora. 14 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.
Tariana maximam diem habet horarum 14. cū quinta parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1 $\frac{1}{2}$. ferè.

Mediæ

Cyropolis Mediæ maximam diem habet horarum 15. Et distat ab Alexādria uersus ortum hor. 1 $\frac{2}{3}$.
Acbatana maximam diem habet horarū 14 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.
Arsacia maximā diem habet horarum 14 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. & decimaquinta parte.
Europus maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 2 $\frac{1}{4}$. ferè.

Persidis

Axima maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{3}$. ferè. Et distat ab Alexādria uersus ortum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.
Persepolis maximam diem habet horarū 14 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 2. & decimaquinta parte.
Marassium maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexādria uersus ortum hor. 2 $\frac{1}{6}$.
Taoca maximam diem habet hor. 14. Et distat ab Alex. uersus ortum hor. 2. ferè.

Parthiæ

Hecatompylus maximā diem habet horarum 14 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexādria uersus ortum hor. 2 $\frac{1}{3}$.
Ambrodax maximā diem habet horarū 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 2 $\frac{1}{3}$. ferè.
Arracana maximam diem habet horarū 14 $\frac{2}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 2 $\frac{1}{3}$. & decimaquinta parte.

Quinta Asiæ tabula continet à partibus 75 $\frac{1}{3}$. usque ad partes 101. Et fit Longitudo partium. 25 $\frac{1}{2}$. Latitudo autē à partibus 29. usque ad partes 43 $\frac{1}{3}$. Et fit Latitudo partium 14 $\frac{1}{3}$.

Vnus gradus facit mil. gnia io

13 paralellus

12 paral.

CLIMA

11 paralell.

Vnus gr mil. II 1/3

10 para.

9 para.

miliaria 12

8 para

CLIM



Tabula v. Asiæ.

DE ASSYRIA ita scribit Augustinus: Assyria ab Assur, filio Sem, appellata est. Et in ea raro pluit, quicquid in ea frumenti prouenit, fluminis irrigatione paratur, non sua sponte, ut in Aegypto, sed accolarum ingenio & labore, tanta alioquin ubertas, ut ducentena uulgò, & ubi eximie ferax, trecentena messe redundet tellus, quaternum digitorum latitudine tritici & hordei folia sint: sesami & milij proceritas, arborum instar attollatur. Quę omnia sibi explorata, cunctantius tamen Herodotus memoranda censuit, uelut parum credibilia, si ijs, qui ea non uiderint, talia proderentur. Palmis uescuntur, ex quibus mel & uinum conficiunt. Fluuialibus nauigijs utuntur, in speciem clypei orbicularis, non puppi, non prora discretis, quę super Assyria in Armenia salicibus texuntur, crudo corio exteriori parte obducto. Amiciuntur Assyrij duabus tunicis, linea una, ad pedes demissa, altera linea breui, candidaq; stola his super iniecta. Calceos pedibus inducunt, quales Thebanæ soleæ fuerunt. Comas alunt, mitraq; rediminunt, unguentis delibuti, in publicũ exeunt. Annulum signatoriũ singuli habẽt, & sceptrum affabre factum, cui malum aut rosæ, aut liliũ, aut aliud simile sit impositum. Ex legibus, quibus ea gẽs usa dicitur, ea mihi res memorabilis uisa est, q̃ uirgines iã maturæ uiro, in publicũ productæ, singulis annis, ijs uenales proponebañt, qui uxores ducere uellent, dabãturq; primò uenum formosissimę quęq;. Quibus minus spectata erat forma, & quas non modo nõ quisquã sibi mercaturus fuisset, sed ne gratis alioqui ducturus, ea pecunia, quæ fuerat pulchrioribus uenditis, in publicum redacta, cõnubio locabantur.

De babyloniorum lege.

BABYLONIORVM altera lex, quò utilior, eò magis memorabilis, cum nullus ab initio in his esset medicorum usus, lege ferũt comparatum, ut qui ægrotare cœpisset, eos de morbo consuleret, qui idem languoris genus passi essent, medicãq; ad id leuandum opẽ aliquam experti. Apud alios scriptum reperio, in publicũ ægrotos deferri solitos, legeq; cautum, ut qui aliquãdo ęgrotassent, male affectos circuirent, docerentq; singulos, qua ipsi ope potissimum adiuti, aliquando morbo defuncti essent. Eorum sepulchra in melle. funebris luctus, qui & Aegyptijs. Qui cum uxore noctu congressus est, nil prius uterq; tangit q̃ lotus fuerit. Omnibus Babyloniorum mulieribus, olim mos fuit, ex causa quadam, in aliqua re uenerea cum hospite permisceri, cum turba & cultu plurimo ad illum uenientibus, quęlibet noto aliquo coronabatur: hospes quam cognoscere uolebat, ponebat super illius genu argentum, quãtũ sibi uidebatur, tũ coibat cũ ea, longè à fano abducta. argentũ illud Veneri sacrum erat.

De Hyrcania.

HYRCANIA dicta à sylua hyrcana, que Scythiæ subiacet. Est autẽ syluis aspera, copiosa immanibus feris, Tigridibus, Pantheribusq;, & Pardis.

De Media.

MEDIA dicta à Medo, Medeæ & Aegæi Atheniensiũ regis filio. Sagittandi, equitandiq; studiũ genti præcipuũ, ac penè peculiare, peruetusta & regũ ueneratio. Tiara, pilæus, & manicatæ uestes ab his ad Persas cum imperio fluxere. Propriũ medorũ regũ fuit, plures uxores ducere, mox ad priuatos translatum, ut minus septem habere non liceret. Pulchrũ & fœminę, multos habere uiros, pauciores quinq; calamitatem arbitrari. Regio sterilis est, quà ad septentrionem obuersa est, quo fit, ut ex malis in hunc usum exiccatis, ac contusis, massam conficiant: ex tostis amygdalis panem ex herbarum radicibus uinum, ferinis carnibus plurimum uictitantes.

TABVLA SEXTA

Asiæ

Complectitur Arabam felicem, & Carmaniam.

ASIÆ tabula Sexta continet Arabiam felicem, atqꝫ Carmaniam cum adiacentibus insulis.

Medius eius parallelus, rationem habet ad meridianum, quam decem ad duodecim.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Gedrosia, & Indico pelago.

Ab austro, ipso Indico pelago, & mari rubro.

Ab occidente sinu Arabico.

Ab Arctis utraqꝫ Arabia, petrea, & deserta, ac sinu Persico, & Carmania deserta.

Insigniorũ oppidorũ felicis Arabiæ

Badeo maximam diem habet hor. 13 $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horę unius $\frac{2}{3}$. Hic autem sol bis in anno fit supra uerticem, distans ab utraqꝫ parte æstiui tropici gradibus 29 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{6}$.

Pudni maximã diem habet hor. 13. Et distat ab Alexandria uersus ortũ hor. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico ęstiuo ab utraqꝫ parte gradibus 44 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Muza maximã diẽ habet hor. 12 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexãdria uersus ortũ hora. 1. ferè. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticẽ, distãs à tropico ęstiuo, ab utraqꝫ parte gradibus 52 $\frac{1}{2}$ & quinta parte.

Ocelis maximã diem habet hor. 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortũ hora una. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticẽ, distans à tropico ęstiuo ab utraqꝫ parte gradibus 58 $\frac{1}{2}$ & quinta parte.

Arabia Emporiũ, maximã diẽ habet ho. 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. ferè. Et distat ab Alexãdria uersus ortũ hor. 1 $\frac{1}{3}$. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticẽ, quũ distat à tropico ęstiuo, ab utraqꝫ pte gra. 60. & qnta pte.

Cane maximã diẽ habet hor. 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortũ hor. 1 $\frac{2}{3}$ ferè. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo, ab utraqꝫ parte gradi. 57 & quinta parte.

Gerra maximam diẽ habet hor. 13 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alex. uersus ortũ ho. 1 $\frac{1}{3}$. Hic sol semel in anno fit supra uerticem, in ipso tropico æstiuo.

Mara maximã diẽ habet ho. 13 cũ octaua parte. Et distat ab Alexãdria uersus ortum hor. 1. & decimaquinta parte. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticem distans à tropico æstiuo, ab utraqꝫ parte gradibus 37.

Omanum magnam diem habet hor. 13 $\frac{1}{4}$. ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortũ hor. 1 $\frac{1}{6}$. Hic sol bis in anno fit supra uerticem, quum abest à tropico æstiuo, ab utraqꝫ parte gradibus 34 $\frac{1}{4}$.

Menambis magnam diem habet horarum 13. Et distat ab Alexãdria uersus ortũ hora. 1. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticem, distãs à tropico æstiuo ab utraqꝫ parte gradibus 44 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Sabbatha maximam diem habet horarũ 13 Et distat ab Alexaudria uersus ortũ ho. 1. & octaua pte. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticem distãs à tropico æstiuo ab utraqꝫ parte gradibus 48 $\frac{1}{6}$.

Sabe maximam diem habet ho. 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hora. 1. & decimaquinta pte. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticẽ, distãs à tropico ęstiuo, ab utraqꝫ pte gradi. 44.

Sapphar maximam diem habet horarum 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. distat ab Alexand. uersus ortum hor. 1 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticẽ, distans à tropico æstiuo, ab utraqꝫ parte gradibus 51 $\frac{1}{6}$.

Insularum insignium, quæ circa felicem Arabiam sunt

Dioscoridis maximam diem habet horarũ 12 $\frac{1}{2}$. cũ decima pte. Et distat ab Alex. uersus ortũ ho. 1 $\frac{2}{3}$. & decima parte. Hic quoqꝫ sol bis in anuo fit supra uerticem, distãs à tropico æstiuo, ab utraqꝫ parte gradibus 65 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Sarapidis insula maximam diẽ habet hor. 13 $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexã. uersus ortũ ho. 2 $\frac{1}{4}$ Hic quoqꝫ sol bis in anno fit supra uerticẽ, distãs à tropico ęstiuo, ab utraqꝫ parte gradibus 41. & quinta parte.

Apphana maximam diem habet horarũ 13 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexãdria uersus ortum hor. 1 $\frac{1}{3}$ & dicimaquinta parte.

Insigniorum Carmaniæ ciuitatum


Armuza maximã diẽ habet hora. 13 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexã. uersus ortũ ho. 2 $\frac{1}{4}$. Hic quoqꝫ sol semel in anno fit supra uerticem, cum est in tropico æstiuo.

Samydace maximã diẽ habet hor. 13 $\frac{1}{3}$. cum

Miliaria 54.

Tropi.cã.

Milia.57.



f.paral.per Alex max.diẽ.ho.14.

Clima.3.

7.par.maxi. diem ha.ho. 13 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$.

6.para.max. diẽ ho.13 $\frac{1}{3}$.

Clima.2.

5.Parale. Max.diẽ ho.13 $\frac{1}{4}$.

4.par. ma.di. ho.13.

Clima 1.

3.paral.ha.max. diẽ hor.13.

Miliaria 59.

octaua parte. Et diſtat ab Alexãdria uerſus ortũ hor. $2\frac{2}{3}$. ferè. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticem, diſtans à tropico æſtiuo, ab utraq; parte gradibus $14\frac{1}{2}$ & uigeſima parte.

Carmana regia maximam diem habet horarum $13\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. $2\frac{2}{3}$.

Carmina inſula maximã diẽ habet hora. 13 cũ octaua pte ferè, diſtatq; ab Alexãdria uerſus ortum hor. $2\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. Solẽ quoq; bis in anno ſupra uerticẽ ſuſcipit, quũ diſta. à tropico æſtiuo ab utraq; pte gra. $39\frac{1}{2}$.

Sexta Aſię tabula continet à partibus 65. uſq; ad partes 104. Fitq; Lõgitudo partium 39. Latitudo à partibus 9. uſq; ad partes 31. Et fit Latitudo partiũ 22.

TABVLA SEXTA Aſiæ

DE MORIBVS ARABVM, & prodigijs Arabiæ.

ARABES longè lateq; diffuſi, diuerſis moribus uiuunt, & cultibus plurimis, crinibus intonſis, mitrata capita habẽt redimitu pari, pars raſa in cutem barba. Artes haud ab uno in aliũ trãſferunt, ſicut apud nos, ſed in patrijs quiſq; permanet inſtitutis. Qui maximus eſt natu, is in totã gentem regnum obtinet. Quæ poſſidentur, uniuerſæ ſunt cognationi communia, una omnibus uxor. Qui primus domũ ſubierit, poſito ante ianuã ſcipiõe, cũ ea cõgredit̃, cũ grãdiori natu pernoctat. Ita oẽs omniũ ſunt fratres, coeũt cũ matribus, & ſororibus pecudũ ritu. Adulter capite plectit̃, alterius ſanguinis cõgreſſus, pro adulterio eſt, domeſtici in uniuerſum legitimi habẽtur. Cõuiuia ferè terdeni celebrãt, et in his muſicæ artis duo nõ imperiti, cõſanguinei ſibi inuicẽ miniſtrant. Vrbes & oppida ſine mœnibus, pacate inter ſe agũt. Seſamino oleo utũtur, beatiſſima alioquin rerũ ubertate. Ouium greges cãdidi uelleris, grandiori ſtatura boues, eqs omnino carẽt, quorũ deſyderiũ adimit chamelorum copia. Aurũ, argentũ, & plura aromatũ genera, terræ peculiaria. Æs, ferrum, ueſtes, purpura, crocus, coſtus, tauremata aliunde aduehuntur. Defuuctorum corpora ſtercore abiectiora. Regum cadauer ſterquilinijs ſepeliunt. Fidem inter homines, ut qui maxime ſeruant, quam hunc in modum dant. Quoties fœdus inire uolunt, alius quidam medius inter utrumq; ſtans, acuto lapide, ferit uolam, iuxta maiores digitos ipſorum, qui fœdus ineũt, demum ſumpto flocco ex utriuſq; ueſtimento, inungit eo ſanguine ſeptem lapides in medio poſitos, inter inungendum inuocans Dionyſium & Vraniam. Hoc acto, idem qui fuit ſequeſter fœderis, inter amicos cõtrahendi, uadatur hoſpitem, aut forte ciuem, ſi cum ciue res agitur. Quod fœdus & ipſi, qui amicitiam contraxerunt, ſeruare iuſtum cẽſent. Mirrę ſarmentis ignes fouent, quorum fumo ſatis noxio, niſi odore cremati ſtoracis occurraut, plerumq; incurabiles morbos cõtrahunt. Cinnamum per ſacerdotes legitur, hoſtijs prius cæſis, quas cum litauerint, obſeruatur ut meſſis, nec ortum ſolis anticipet, nec egrediatur occaſum. Quiſquis principatum tenet. ſarmentorum ſtrues haſta diuidit. quæ ſacrata eſt in hunc uſum, atq; ita portio manipulorum etiã Soli dicatur, quæ ſi iuſtè diuiſa eſt, inflagrata incendium ſpõte cõcipit. Vmbræ quæ nobis dextræ ſunt, illis ſiniſtræ ſunt, q maritimam oram inter Arabicũ & Perſicum ſinum colunt, & hoc ſole æſtiuum circulum peragrãte. Pars eorum, quibus aſper uictus eſt, ſerpẽtes edũt, nulla illis animi uel corporis cura, ac propterea Ophiophagi nominantur. Mirũ de Arabibus, quòd inter potẽtiſſima Medorũ Perſarum Græcorum ac Romanorum imperia liberi ſemper ac à nemine fuerint ſuperati, in Mahometi uerò legẽ ſponte uenerunt, in qua & perſiſtũt.

TABVLA SEPTIMA
Asiæ

Complectitur Margianam, Bactrianam, Sogdianam, Sacas, & Scythiam, intra Imaum montem.

ASIÆ tabula septima continet Hyrcaniã, Margianam, Bactrianã, Sogdianos, Sacas, & Scythiam intra Imaum montem.

Parallelus ipsius medius rationẽ habet ad meridianum, quam duo ad tria.

Terminatur autem tabula

Ab ortu Scythia, quæ intra Imaum mõtem est.

Ab Austro monte Imao, q supra Indos est, qui intra & extra Gãgẽ sunt. Prꝫterea Paropanisadibus & Aria ac Parthia, & parte Hyrcani maris.

Ab occasu parte Mediæ, & Hyrcani pelagi, & Sarmatia Asiatica.

Ab arctis terra incognita.

Insigniorum Ciuitatum Hircaniæ

Eiusdem nominis cũ regione Hyrcania maximã diem habet horarũ 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexãdria uersus ortũ horis ꝫquinoctialibus 2 $\frac{1}{2}$ cũ decimaqnta parte.

Amarusa maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexãdria uersus ortum hor. 2 $\frac{1}{3}$.

Margianæ Ciuitates

Margiana Antiochia maximã diem habet ho. 15 ferè. Et distat ab Alexãdria ad ortũ hor. 3 & decimaquinta parte.

Nigæa maximã diem habet horarum 15. Et distat ab Alexãdria uersus ortũ hor. 3.

In Bactriana

Characharta maximam diẽ habet horarũ 15 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexãdria uersus ortũ hor. 3 $\frac{1}{3}$ cũ decimaquinta parte.

Zarispa maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{3}$ cũ decimaquinta parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3 $\frac{2}{3}$.

Bactra maximã diẽ habet hor. 15. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3 $\frac{2}{3}$. & decimaquinta parte.

Maracanda maximam diem habet horarum 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3 $\frac{1}{2}$ ferè.

In Sogdianis

Oxiana maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{2}$ ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum ho. 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. ferè.

Maruca maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus ortũ ho. 3 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. ferè.

Drepsa maximam diẽ habet hor. 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum ho. 4.

Vltima Alexandria maximam diẽ habet hora. 15. Et distat ab Alexandria uersus ortũ hor. 4. & octaua parte.

In Scythia, quæ intra montem Imaum est

Aspabota maximam diem habet horarũ 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. ferè.

Dauaba maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortũ hor. 3. ferè.

Septima Asiꝫ tabula continet à partibus 85. aut per totum mare Hyrcanum usq; ad partes 145. Et fit Lõgitudo partium 65. aut 71. Latitudo à partibus 35. usq; ad partes 63. Fitq; Latitudo partium 28.


Hic sunt homines non manducantes sed solo fumo et olla in qua carnes decocte sunt resiciuntur
Hip per bo rei Mon tes
Rotosti
Alani schite
Alanorsi
Seciani
Alani
Montes
Messei
Siebij
Siebij montes
Acmami
Mologeni
Tectosaces
Sasones
pamardi
Sammite
SCITHIA INTRA IMAUM
mon tes
Galathophagi
Rimrici
Thiabiace
Machaetegi
Aspesii
Montes
Canodipsa Regio
Norussus Norobes
mons morossi
Ta pu ri mon tes
Imaus mons
Amareschite
Auxacii montes
Astacante schite
Iasarte
Magnu
Cathete
Arite
Coropi
orgasi
Rha flu.
dair flu.
namaste
Tacori
Mon Augadi
Asta tan tas
mo ns
Carathe
Massagete
Saganauce
Hic dominatur et ambulat contra ipsos nos principes tartarorum et imperator sup 600 armatorum virorum.
Comari
gruinei schite
SACHA REGIO
MARE HIRCANV
Aspabota
oxia
Sala cete
Alicodra
Comari
Tarista
Dreptiati
Circodes
SOGDIANA
Comede
Thorne
Sacharu regio nomadu civitates enim et villas non hut nemora aute et speluncas habitant
derbicte
MAR GIA NA
Alexandria ultima
HIRCANIA
mal dor nus mo ns
Ebrani
BAC TRIANA
Vandabanda regio
Coronus mons
Sariphi mont
montes
Comedorum mons
Bilche
MEDIA
Parthie pars
Arie pars
Paropanisi pars
Vnus grad. longi. ualet 32 1/2
Miliaria 40 1/4
Mili. 44 1/4
20. para. hab. diem maxi. hor. 19.
16. para. ha. diem maxi. hor. 18.
18. para. hab. diem maxi. ho. 17 1/2
17. para. ha. die maxi. ho. 17
16. hab. die ho. 16. 1/2
15. ha. die ho. 16.
Clima. 7
14. habens die ho. 15 1/2
Cli 6
13. die ho. 15 1/4
Cli 5
die ho. 15.
11. hor. 14. 1/2
90 95 100 105 110 115 120 125 130 135 140
63 62 61 60 59 58 57 56 55 54 53 52 51 50 49 48 47 46 45 44 43 42 41 40 39 38 37
84 90 95 100 105 110 115 120 125 130 135 140

TABVLA SEptima Asiæ

SCYTHIA regio ſeptentrionalis, à Scytha Herculis filio (ut tradit Herodotus) dicta. Vel ut Beroſus, à quodam alio ex Araxæ priſcæ, quæ Noë coniunx fuit, genito, indigenæ Scythæ. Ii olim à principio paruam patriam poſſidebant, poſtmodum paulatim per uirtutem & uires aucti, quum regiones multas ſibi ſubdidiſſent, in magnum imperium gloriamq; peruenere. Ea primũ natio iuxta Araxim flumen parua numero propter ignobilitatem conſedit, nacti regem quendam Bellicoſum, & militari uirtute præcipuum, agros ampliarunt, montanos quidem uſq; ad Caucaſum, campeſtres uerò uſq; ad oceanum, & Meotidem paludẽ, aliaq; loca ad Tanaim uſq; flumen, à quo Scythia ipſa longo tractu uerſus ortũ protẽſa, Imao monte, per medium, uelut in duas Scythias diuiditur. Quarum una Scythia intra Imaum montem dicitur, altera extra. ab alieno imperio aut intacti aut inuicti Scythæ ſemper manſerũt. Darium Perſarum regem turpi à Scythia ſubmouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarũt. Alexandri magni ducem cum copijs uniuerſis deleuerunt. Romanorum audiuere, nõ ſenſere arma. Gens & laboribus & bellis aſpera, uires corporum immenſæ. Hæc inter ſe olim diſcreta nõ erat, ut potè quæ neque agrum coleret, neque tectũ, ſedésue haberet ullas: ſed per ſolitudines & inculta uagabatur loca, armenta pecoraq; præ ſe agens: coniuges & liberi plauſtris uehebãtur: legibus nullis obnoxia, iuſtitiã ſponte colebat: nullum furto grauius in tota gẽte flagitium fuit, ut quę non parietibus aut ſeptis armentũ circundat, ſed in propatulo habeat. Nullus ipſi aut auri aut argenti uſus. Lac & mel in cibatu frequens: contra frigora & rigores ferinis pellibus, murinisq; corpora communibat. Laneus uſus ac ueſtium ignotus genti. erat is ſanè uiuendi ritus frequẽs Scythis, ſed non omnibus: plerique eorum ut loco plurimum diſtantes, ſic ab inuicem uita diuerſi, ueluti peculiares inter ſe fouebãt mores, de quibus poſtea dicemus.

TABVLA OCTAVA

Aſiæ continet

Scythiam extra Imaum montem, & Sericam.

ASIÆ tabula octaua continet Scythiam extra Imaũ montem,& Sericam. Parallelus ipſius medius rationem habet ad meridianum,quam duo ad tria.

Circunſcribitur autem tabula

Ab arctis & ortu terra incognita.
A meridie Sinis,& parte Indiæ.
Ab occaſu Saccis,& Scythia,intra Imaum montem.

Scythiæ inſignes ciuitates

Iſſedon Scythica maximam diem habet hora.16 octaua parte ferè.Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor.6.

Auzacia maximam diem habet horarum 16 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor.5 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{4}$.

Sericæ inſignes ciuitates

Iſſedon Serica maximam diem habet horarum 15 $\frac{1}{2}$.Et diſtat ad Alexardria uerſus ortum hor.6 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.ferè.

Droſache maximam diem habet horarũ 15 $\frac{1}{6}$.Et diſtat ab Alexaudria uerſus ortum hor.7 ſeptima parte.

Ottorocora maximam diem habet horarum 14 $\frac{2}{3}$.ferè.Et diſtat ad Alexandria uerſus ortum hor.7.

Metropolis Sera maximam diem habet hor.14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.Diſtatq́ ad Alexandria uerſus ortum horis 7 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$.aut totas 8.

Octaua Aſiæ tabula continet à partibus 140.uſq; ad partes 180.Fitq́ Longitudo partium 40. Latitudo à partibus 35 uſq; ad partes 63.Et fit Latitudo partium 28.


145 150 155 160 165 170 175 180
Vnus gradus longitudinis in hoc paral. per tylen con tinet miliaria 28.½
Milia. 32. ½.
Mili. 40. ½.
Milia. 47.
Milia. 50.
21. paral. per tylen ha. diē ma. ho. 20.
20. pa. ha. diē maxi. ho. 19.
19. paral. ha. diem maxi. ho. 18.
18. pa. ha. di. maxi. ho. 17.
16. par. ha. diē max. ho. 16.
15. par. p boris thenē. ha. diē ma. ho. 16.
CLIMA 7.
14. paral. ha. diem ma. ho. 15. ½.
CLIMA 6.
13. par. ha. diē ma. ho. 15. ¼.
12. par. ha. di. maxi. ho. 15.
CLIMA. 5.
11. pa. hab. diē ma. ho. 14. ½. ¼
10. par. ha. diē ma. ho. 14. ½.
60
55
50
45
40
Abisythe
Antropophagi
nubius latus
granei
Anubi montes
Hippophagiscythe
rabanni
Aurantus
SCHYTIA EXTRA
Oeth ar des fl.
Aratiorum montes
dam
ERICA REG
Autana
Issedonscithe
Asmirea
Asmirei montes
Troana
Cassia regio
Cathescithe
IMAVM MONTEM
Achassa regio
Asspatare
Tagatus mons
Asspatea
Tosura
bautisus fl.
Cauniei scythe
Tolana
Daxata
Tautana
Sera metropolis
Emodiorum montes
Coras mons
145 150 155 160 165 170 175 180

TABVLA OCTAua Aſiæ

GAVDENT Scytharum gentes cæde humana. Quamprimũ uirũ in bello uir Scytha ceperit eius ſanguinẽ potat. Quoſcunq; in bello interemerit, eorum capita regi offert, nã capite ablato, fit prædæ quãcunq; ceperit particeps, alioqui expers. Caput hoc modo præcidit: In orbem illud amputat circa aures, uerticeq; ſumpto excutit, deinde pellem detrahit, & ubi ſicut bouis corium, manibus molliuit, tanq; mantile poſſidet, eaq; ad habenas equi ſui appenſa gloriatur. Qualium mantilia, ut quiſq; plurima habet, ita uir præſtantiſſimus iudicatur. Multi etiã ſunt, qui coria hæc humana, tanq; brutorum conſuunt, quibus pro amiculis induantur. Cæſorum hoſtium manus dextras cum unguibus excoriant quidam, atq; cũ ijs pharetrarũ opercula obducunt. Nonnulli totos homines excoriatos, coria ſuper ligna extenta, ſupra equos circunferunt. Capita dicto modo exciſa, exterius crudo bouis corio ſuperducũt, interius inaurant etiã, qui ditiores ſunt, & pro poculis utunt̃. Hoſpitibus qui ad eos ueniũt, uiris alicuius exiſtimationis exhibent, referuntq; illos à ſe eſſe ſuperatos, id ſtrenuitatis loco ponẽtes. Semel quotannis ſinguli regionũ principes uinum crateri miſcent, de quo Scythæ omnes, hoſtium homicidæ bibunt. Nemo guſtat, qui nihil præclari operis ediderit, ſed ſine honore ſeorſum ſedet, quæ res apud eos eſt maximæ ignominiæ. Qui uerò complures cædes fecerunt, ij duobus pariter (quos habent) calicibus potãt. Deos hos ſolũ propiciãtur & colũt, Veſtã ſcilicet ante omnes, deinde Iouẽ, ac Tellurẽ, exiſtimantes Tellurẽ Iouis coniugem eſſe. Poſt hos Apollinẽ, & cœleſtẽ Venerẽ, Martem, & Herculẽ. Nulli tamen ex his ſimulachra, aras & delubra facienda putant, præterq; Marti, cui ex captiuis centeſimum quenq; immolãt: cæteris tum alia pecora, tum præcipuè equos, ſues, pro nihilo putant, quos nec alere omnino in ſua regione uolunt. Rex, in quos morte animaduertit, eorum ne liberos quidem relinquit, ſed uniuerſos mares interficit, fœminis nihil læſis. Fœdera cum quibuſcunq; ineunt Scythæ, hoc modo: Infuſo in grandem calicẽ fictilẽ uino, cõmiſcent eorũ ſanguinẽ, qui fœdus feriunt, percutientes cultello, aut incidentes gladio aliquantulũ corporis, deinde in calice tingunt acinacẽ, ſagittas, ſecurim, iaculũ: hæc ubi fecerũt, ſeſe multis uerbis deuouẽt, poſteà uinũ epotant, non modo ij, qui fœdus fecerunt, ſed etiã comites ij qui ſunt maximæ dignitatis. Maſſagethæ populi Scythiæ, in Aſia ultra mare Caſpium, ueſtitu & uictu Scythis perq; ſimiles. Quo fit, ut Scythæ à pleriſq; credãtur. Ex equis pugnãt & pedibus, utroq; pugnæ genere penè inuicti. Sagittis, haſta, ſangari, id eſt ferro, quo accincti ſunt, auroq; in baltheis & capitis ac axillarum ornatu utuntur. Aureos thoraces equorum pectoribus inducunt. Ex auro frena & phaleras cõficiunt, æreas cuſpidis haſtis præfigunt, ære pharetras muniunt. Ferri & argenti nullus apud eos eſt uſus. Singuli uxorem ducũt, eaq; communiter utuntur, idq; Scytharum ſoli faciunt, ſi Scythæ habẽdi ſunt. Quoties aliquis mulieris libidine capitur ſuſpenſa ad plauſtrum pharetra, cum ea ſine pudore concubit.

TABVLA NONA

Asiæ continentur, Aria,

Paropanisadæ, Drangiana, Arachosia, & Gedrosia.

Continet tabula nona Asię Ariam, Paropanisadas, Drangianã, Arachosiam & Gedrosiam.

Parallelus ipsius medius, rationẽ habet ad meridianum, quam tredecim ad quindecim.

Circunscribitur autem tabula

Ab ortu India.
A meridie Indico pelago.
Ab occasu utraq; Carmania, & Parthia.
Ab arctis Margiana, & Bactriana.

Ariæ insignes ciuitates

Aria maximam diẽ habet hor. $14\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus ortũ ho. 3.

Bitaxa maximam diem habet horarum $14\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexãdria uersus ortum hor. $2\frac{2}{3}\frac{1}{4}$.

Alexandria Ariæ maximam diem habet horarum $14\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. $3\frac{1}{3}$.

Paropanisadum

Naulibis maximam diẽ habet horarum $14\frac{1}{3}$, & octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. $3\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ ferè.

Carura, quę & Ortospana, maximã diem habet hor. $14\frac{1}{3}\frac{1}{12}$. Distatq; ab Alexandria uersus ortum hor. $3\frac{1}{2}\frac{1}{3}$.

Drangianæ

Prophthasia maximam diem habet hor. $14\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. $3\frac{1}{3}$.

Ariaspa maximam diem habet horarum $13\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. $3\frac{1}{4}$ ferè.

Arachosiæ

Alexandria maximam diem habt horarum $14\frac{1}{12}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. $3\frac{1}{2}$ & decima parte.

Arachotos maximam diem habet horarum 14. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. $3\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ & quid parum.

Gedrosiæ

Cuni maximam diem habet hor. $13\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexãdria uersus ortũ ho. $3\frac{1}{3}$.

Musarna maximã diem habet hor. $13\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexã. uersus ortũ hor. $3\frac{2}{3}$.

Arbis maximam diem habet horarum $13\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexãdria uersus ortum hor. 3. Hicq; sol semel in anno fit supra uerticem, in ipso ęstiuo tropico. Et hoc dicimus, quia sol prope ipsum est tropicum. Sciendũ autem, q quum distat tertia parte unius magni gradus qui in zodiaco tres efficit, tum non semel in anno, sed bis necesse est solem fieri supra uerticẽ, quando scilicet distat à tropico ęstiuo, ab utraq; parte gradibus 3. sicut in aliis ciuitatibus præscriptũ est, quæ in eadẽ parte latitudinis sitæ sunt.

AREA TABVLAE.

Nona Asiæ tabula continet à partibus 101. usq; ad partes $119\frac{1}{2}$. Et fit Longitudo partium $18\frac{1}{2}$. Latitudo à partibus 17. usque ad partes 39. Fitq; Latitudo partium 22.



Miliaria ·90·
Miliaria ·94·
Miliaria ·97·
Tropicus Cancri
·29 pal' hz die horarum maiore 14 ·
diez maior horarum ·14 1/2
CLIMA ·4·
·9· ht die maiore 14 · 1/4
·8· ht die horaz 14 ·
CLIMA 3 ·
·7· hz hos ·13·
·6· pal' ht die maiore hoz ·13·
CLIMA ·2·
·5· ht die maximu hoz 13 · 1/4
Paropanisus mōs
Tarracena Regio
PAROPA
NIS
VS
ARIA
DRAGIA
NA
ARAHOSIA
Pargete
GEDROSIA
Pandate Regio
Indus fl
Indie pars intra Gangem
MARE INDI
Carma mede serteps
Carma nieps
Sinus pargonicus
parthie pars
Bagous mons
Rex de gucerat

Tabula nona Asiæ.

PAuca relatione digna continet Tabula hæc, quæ ex probis authoribus liceat colligere. Ideo de quibusdam tantum gentium, in confinijs degentium, moribus, & uita aliquid referre licet. Quod de parthia (quæ huic tabulæ contermina est) nunc absoluam. Parthiam igitur Parthi, Scytharum exules à se uocauerunt furto terram occupatam, cuius situs ex tabulis præcedẽtibus patuit. Regio est nemorosa, mõtana, & inops frugum. Gens ipsa Assyriacis, Medisq; temporibus obscurissima, regnoq; à Medis ad Persas translato, uelut uulgus sine nomine, uictoribus prædæ fuit. Postremo Macedonibus seruiuit. Procedente deinde tempore, ea fuit ipsius gentis uirtus, ij rerum successus, ut non tantum finitimis imperaret, sed à Romanis omnium gentium uictoribus bello petita, eos magnis cladibus uictos afficeret. Plinius quatuordecim Parthorum regna numerat. Trogus his orientis imperium attribuit, uelut orbis diuisione cũ Romanis facta. His sermo inter Scythicum, Medumq; medius, ex utrisque mixtus. Vestis olim sui moris: posteaquàm accessere opes, ut Medis, pellucida, ac fluida. Armorum patrius Scythicus mos. Exercitus non ut aliæ gentes liberorum, sed maiori ex parte seruorum habent. Quorum uulgus, nulli manumittendi potestate permissa, ac per hoc omnibus seruis nascentibus, indies crescit. Hos pari cura ac liberos suos habent, & equitare, & sagittare magna industria docent: utquisque locuples est, ita magnum regi ad bellum ituro equitatum instruit. Itaque Antonio bellum Parthis inferẽti, cùm quinquaginta milia equitum occurrerent, soli octingenti liberi fuere. Cominus in acie præliari nesciunt, obsessasq; expugnare urbes. Pugnant autem procurrentibus equis, aut terga dantibus. Sepè etiam fugam simulant, ut incautiores aduersus uulnera, insequentes habeant. Signum his in prælio, non tuba, sed tympano datur, nec pugnare diu possunt. Cæterum intolerabiles essent, si quantus his impetus est, uis tanta & perseuerantia foret. Plerunq; in ipso certaminis ardore prælia deserunt, ac paulò pòst pugnam ex fuga repetunt, ut cùm maximè uicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit. Munimentum equitibus loricæ plumatæ, idem & equis, quibus in bello utuntur. Auri argentiq; nullus olim, nisi in armis, usus. Vxores dulcedine uariæ libidinis singuli plures ducunt, nec ullum grauius flagitium, quàm adulterium uindicant: ob id etiam mulieribus non conuiuia solùm uirorum, uerùm etiam conspectum interdicunt. Quidam aiunt (& in his Strabo) coniuges eos suas àmicis in matrimonium tradere, ut liberos ex eis suscipiant. Carne non alia uescuntur, quàm uenationibus quæsita. Equis omni tempore uehuntur, his petunt bella, his conuiuia adeunt, mercantur, colloquũtur, omniaq; publica & priuata obeunt munia, equo insidentes: atque singulare illud inter ordines discrimen, quòd seruilis fortunæ uiri pedibus commeant, ingenui equis uehuntur. Sepultura uulgo aut auium, aut canum laniatus est. Nuda demùm ossa terra obruunt. Deorum cura ueneratioq; præcipua. Ingenia genti tumida, seditiosa, fraudulenta, procacia, quippe uiolentiam uiris, mansuetudinem fœminis assignant.

ASIAE TAbula decima continet

Indiam intra Gangem.

ASIAE tabula decima continet Indiam intra Gãgem fluuium, cum adiacẽtibus sibi insulis.

Parallelus ipsius medius, rationẽ habet ad meridianum, quam undecim ad duodecim.

Terminatur autem tabula

Ab ortu India extra Gangem.

Ab austro parte Gangetici sinus, & Indici pelagi.

Ab occasu Gedrosia, & Arachosia, & Paropanisadis.

Ab Arctis parte Imai montis, quæ sub Sogdianis, & Saccis est.

Insignes in ea ciuitates

Simylla maximam diem habet horarum 12 ½ ⅓. ferè. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 3. & ⅓. Hic quoq; sol bis in anno supra uerticem fit, quũ distat à tropico æstiuo utraq; parte grad. 50 ½.

Muceris maximam diem habet horarum 12 ½ ¼. Et distat ab Alexandria uersus ortũ ho. 3 ½ ⅓. Hicq; sol bis in anno fit supra uerticẽ, quando distat à tropico æstiuo ab utraq; parte gradi. 52 ½ qnta parte

Chaberis maximam diem habet horarũ 12 ½ ⅓ 1/12. aut 13. ferè. Et distat ab Alexã. uersus ortũ ho. 4 ½ tredecima pte ferè. Sumitq; solem bis in anno supra uerticem quum distat à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus 47 ½.

Palura maximã diem habet ho. 12 ⅔. Et distat ab Ale. uersus ortũ ho. 5 & octa. pte. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticẽ, quũ distat à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus 60 quinta parte.

Caspira maximam diem habet horarum 14 1/12. fere. Et distat ab Alexãdria uersus ortum hor. 4 ½. ferè.

Bucephala maximam diem habet horarũ 14. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 4 ⅓ 1/30.

Palimbothra maximam diem habet horarũ 13 ½ ¼. Et distat ab Alexandria uersus ortum ho. 5 ½ 1/30.

Patala maiorem diem habet ho. 13 ⅓. ferè. Et distat ab Alexã. uersus ortum ho. 3 ½. Suscipit autem solẽ in uerticẽ bis in anno. quum distat ab utraq; parte à tropico æstiuo partes 26 ½.

Barbari maximã diẽ habet ho. 13 ⅓ nona parte. Et distat ab Alex. uersus ortũ hor. 3 ½ 1/30. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus 16 1/20.

Barigaza maximã diem habet horarũ 13 1/12. Et distat ab Alexandria uersus ortum ho. 3 ½ & 1/30. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraq; parte gradi. 41 ½ 1/12.

Ocena maximam diem habet ho. 13 ¼. Et distat ab Alex. uersus ortum horis 3 ½ ⅓ ferè. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticẽ, quum abest à tropico æstiuo ab utraq; parte gra. 30 ½ quinta parte.

Bæthana magnã diem habet ho. 13 octaua parte. et distat ab Alexandria uersus ortũ horis 3 ½ ⅓. ferè. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticẽ, distãs à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus 39 ⅓.

Hippocura maximam diem habet ho. 13 quinta parte. Et distat ab Alex. uersus ortum ho. 4. ferè. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus 35 ½.

Carura maximam diem habet hora. 13. Et distat ab Alexandr. uersus ortum horis 4. ferè. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, distãs à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus 45 ¼.

Modura Pandionis maximã diem habet hor. 13. Et distat ab Alexandria uersus ortum ho. 4 ⅓. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus 46 ½ 1/12.

Orthura maximam diem habet hor. 13. Et distat ab Alexan. uersus ortũ hor. 4 ⅔. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticẽ, distans à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus 45 ¼.

Pitynda maximam diem habet horarum 12 ½ ¼. Et distat ab Alexãdria uersus ortũ ho. 5. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, distans à tropico æstiuo ab utraq; parte gradibus 57 1/12.

Decima Asiæ tabula continet à partibus 109. usq; ad partes 148 ½. Fitq; Logitudo partium 39 ½. Latitudo à partibus 11 usq; ad partes 39. Fitq; Latitudo partium 28.



Arie pars
Paropamisade
drangiane pars
Arachosia
Lambate
darade
Varsa regio
Pandanorum regio
Bucephala
Caspirei
Culindrina
daetice
Matiche
Gangem
Indie extra Gangem pars
Cathriaei
Geodrosie pars
Vindius mons
Poruari
Adisathri
Palimbothra re
Mandale
Phillite
DIA INTRA
GAN
GEM
Cottonage
Bergmagorum
Pariote
Tabasi
Bettiga
Pandiones
Brachmane
Bidiame
Salacetti
Sinus Canticolpus
Sinus barigazenus
Sinus Colchicus
Sinus Gangeticus
INDICVM
Scythe ps
Clima 4
Clima 3
Clima 2
Miliaria 54

De India.

IN DECIMA ET VNDECIMA ASIÆ tabulis India intra & extra Gangem fluuium aſſignatur, quare de Indorum regione & moribus, binis illis in locis agere licet. India igitur orientalis Aſiæ terminus, tam uaſta perhibetur ut eam tertiam omnium terrarum partem tradant. Pomponius tantum littoris occupare ſcribit, quantum per quadraginta dies noctesq; uelificantibus curſus eſt. Appellata à flumine Indo, in quem ab occidentali plaga deſinit, à meridionali mari incipiens, ad uſq; ſolis occaſum porrigitur, & à ſeptentrione uſq; ad montem Caucaſum peruenit. Gentes habet multas, & oppidis adeò exculta, ut quidam in ea quinq; milia fuiſſe dicant. Nec mirum ſit, uel de hominum uel de urbium copia, cum ſoli Indi nunquam à natali ſolo receſſerint. Fluuios memorabiles, Gangem, Indū, & Hypanim habet, ſed omnium maximus Ganges. Terra Fauonij ſpiritu ſaluberrima, in anno bis fruges metit: uice hyemis, Etheſias patitur uentos. Vino caret, quamuis non deſit, qui hoc quoq; Muſicanum ſolum ferre autumat. Nardum ferè Auſtralis ora fert, & Cinnamomum, piper, & calamum aromaticū, ut Arabia & Aethiopia. Ebenum arborem ſola producit, Pſitacum auem, Monoceron beſtiam. Berillis chriſopraſſis, adamantibus, carbūculis, lichnitibus, margaritis, unionibus, & gemmis precioſis abundat. Binæ illic æſtates, leues auræ, temperatū cœlum, ubertas ſoli, aquarum abundantia. Centum ob id & triginta annorum æuum eorum quidam, ut Muſicani agunt. Senibus uita aliquando longior. Indis omnibus eſt promiſſa cæſaries, non ſine fuco cærulei aut crocei coloris. cultus præcipuus cum gemmis, habitus diſcrepantiſſimus, alij laneis, alij lineis peplis ueſtiuntur: pars nudi, pars obſcena tantum amiculata, plurimi etiam flexibilibus libris circundati. niger uulgo corporis color, in materno utero tales fiunt ſeminis diſpoſitione, quales ipſi ſunt qui genuere. Genitale ſemen ut Aethiopibus nigrum, ſtatura procera ac ualida. In uictu frugales ſunt, præſertim in caſtris, nec multa turba gaudent, ornatu plurimo (ut dixi) utuntur. A furtis magnopere abſtinent. Legibus utuntur non ſcriptis. Literas non norunt, ſed omnia memoriter adminiſtrant. Et propter ſimplicitatem ac uitæ parſimoniam omnia eis proſpere ſuccedunt. Vinum nō niſi in ſacrificijs bibunt. Potum ex oriza conficiunt & hordeo, cibus magna ex parte oriza ſorbilis eſt. In legibus & contractibus maximam ſimplicitatem eſſe, uel ex eo argui poteſt, quod non multum ſunt litigioſi: nam nec commiſſi, nec depoſiti iura ulla habent, nec teſtibus indigēt, nec ſigillis, ſed ſimpliciter credūt. Domum frequentius incuſtoditam habent, quæ profecto omnia continentiæ ſunt. Multas nuptas habent quas à parētibus accipiūt, pari boum emptas, alias obedientiæ gratia, alias prolis ac uoluptatis, & niſi caſtas eſſe cogūt, fornicari licet. Nemo ex Indis coronatus ſacrificat, nec adolet, nec libat, uictimas non iugulant, ſed præcluſo ſpiritu necant, ne quid mancū deo offeratur, ſed integrum. Qui falſus teſtis deprehenditur, extremis decurtatur digitorum articulis. Qui mēbro aliquo quempiam orbauerit, nonmodo talionis pœnam ſubit, ſed etiam manu truncatur. Quod ſi quis artifici manum oculúm ue ademerit, capitale eſt. Regis corpus emptitiæ mulieres curant, quæ regem cuſtodiunt & reliquus exercitus manet extra portas.

TABVLA VNDEcima Aſiæ

continet Indiam extra Gangem, & Synarum regionem.

ASIÆ tabula undecima cõtinet Indiam extra Gangem, & Sinas. Parallelus ipſius medius ferè eandem rationem habet quam meridianus.

Circumſcribitur autem tabula

Ab ortu terra incognita.

A meridie ſinu magno, & Gangetico, qui in pelago ſunt Indico.

Ab occidente India intra Gangem.

A ſeptẽtrionibus parte Saccarum, & Scythia extra Imaum montẽ, atq; Serica.

Inſigniorũ ciuitatũ Indiæ extra Gangẽ

Tacola maximam diẽ habet horarũ ęquinoctialium 12 $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexãdria uerſus ortũ ho. 6 $\frac{2}{3}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticem, diſtans à tropico æſtiuo ab utraq; parte gra. 79 $\frac{1}{3}$.

Zabæ maximam diem habet hor. 12 $\frac{1}{4}$. & aliquid plus. Diſtatq; ab Alexan. uerſus ortum hor. 7 $\frac{1}{3}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticẽ, diſtãs à tropico æſtiuo ab utraq; parte gradibus 78 $\frac{1}{3}$.

Toſala maximam diem habet hor. 13 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexan. uerſus ortũ ho. 6. Hic autem ſol ſemel in anno fit ſupra uerticem in ipſo tropico æſtiuo.

Tugma maximã diem habet hor. 13 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. Et diſtat ab Alexan. uerſus ortũ ho. 6 $\frac{1}{6}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticem, diſtans à tropico ęſtiuo ab utraq; parte gradibus 18 $\frac{1}{4}$.

Trilingũ maximã diẽ habet hor. 13 octaua parte. Et diſtat ab Alexãdria uerſus ortũ hor. 6 $\frac{1}{4}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticem, diſtãs à tropico æſtiuo ab utraq; parte gradibus 39 $\frac{1}{2}$.

Mareura maximam diem habet horarũ 12 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. 6 $\frac{1}{2}$. Hic ſol bis in anno fit ſupra uerticem, diſtans ab utraq; parte à tropico ęſtiuo gradibus 57. quinta pte.

Randamarcota maximã diem habet hor. 13. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortum hor. 7 $\frac{1}{2}$. ferè.

Metropolis Argyre in Iabadij inſula, maximam diem habet hor. 12 $\frac{1}{2}$. Diſtatq; ab Alexãdria uerſus ortum, auſtrali polo ſuper terram eleuato hor. 7 octaua parte. Hic quoq; ſol bis in anno ſupra uerticem fit diſtans à tropico hyæmali, ex utraq; parte partes 68 $\frac{1}{12}$.

Sinarum ciuitates inſigniores.

In Sinis Aſpithra maximam diem habet hor. 13. Et diſtat ab Alexãdria uerſus ortum ho. 7 $\frac{2}{3}$ $\frac{1}{30}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticẽ, diſtaus à tropico æſtiuo, ab utraq; parte gra. 45 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Sinæ metropolis maximam diẽ habet ho. 12 $\frac{2}{3}$ octaua parte. Et diſtat ab Alexandria uerſus ortũ horis 8. ferè. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticem quum diſtat à tropico hyberno ab utraq; parte gradibus 82. $\frac{1}{2}$.

Cattigara ſtatio maximam diẽ habet hor. 12 $\frac{1}{2}$. Et diſtat ab Alexandria polo Auſtrali ſuper terram elato ad ortũ horis 7 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Hic quoq; ſol bis in anno fit ſupra uerticem, diſtans à tropico hyberno ab utraq; parte gradibus 68. $\frac{1}{4}$.

Vndecima Aſiæ tabula continet à partibus 136. aut per fontes Diamonis fluminis, qui Gangi admiſcetur 134 $\frac{1}{2}$. uſq; ad partes 180. Et fit Longitudo partiũ aut 44. aut 46. $\frac{1}{2}$. Latitudo ab æquinoctiali ad Boream partibus 37. Ab æquinoctiali uerò ad auſtrum 8 $\frac{1}{2}$. uel 9. Fitq; Latitudo 45 $\frac{1}{2}$. aut 46.



140 144 150 154 160 164 170 174 180
10 paral. p Rhodum
9 paralellus
8 para p Alexand.
7 paralellus
6 para p Syene
5 paralellus
4 paral.
3 para.
2 par.
1 par.
1 para versus austr.
2 par. versus austru
Miliaria 50 et 400 stadia
Miliaria 54
Miliaria 55 1/4 et 4 47 Stadia
Miliaria 60
Emodi montes
Seria Montes
Sericae pars
Semanthini
Semanthini Montes
Aminachae
Iberingae
INDIA EXTRA GANGEM
Bepyrrus mons
Chalcidis regio
Cacobae
Basanare
Indiae intra Gangem pars
SINUS GANGETICUS
MAGNUS SINUS
Tropicus Cancri
MARE INDICUM
AUREA CHERSONESUS
Sinus perimulitus
Theriodis sinus
Sinus uterior
Circulus Æquinoctialis
Maniolae insulae
Satyrorum insule
Sinarum situs
Argentea metropolis
Sindae insulae
Saruse insule
Catigara

TABVLA VNDE-
cima Asiæ.

REGI interdiu dormire non licet, nocte cogitur cubilia per ho/
ras mutare, idq; propter insidias, cum in castris non est, sæpe exit: nam
& ad iudicium exit, & audit, si hora est, ut corpus curet quod strigilum
fit perfrictione, simul & audit, & à tribus perfrictoribus pfricatur. Exit
etiam ad sacrificia, tertio ad uenationē ubi Bachico more maxima mu/
lierum caterua circunfunditur, stipatores foris manent, uia funibus ob/
texitur, φ si quis ad mulieres intro præuaricauerit, capite plectitur, præcedūt eum tim/
pana & tintinnabula. Cum in locis septis uenatur, assistunt ei duæ tresue mulieres arma
tæ. Cum uerò in locis non clausis uenatur, ab elephante sagittat. Mulierum aliquæ in
curribus sedēt, quædam in equis ac elephātis, quemadmodum & militant, omnibus
armis exercitatæ, multum profecto à nostris discrepātes. Atq; hæc etiam à rerū scri/
ptoribus dicuntur, φ Indi Iouem pluuialē, & Gangē flumen, & indigetes genios colāt,
& cum eorū rex capillos abluat, solennia celebrēt, & maxima dona mittāt, diuitias suas
certatim ostēdentes. In septē ordines olim diuisa gēs fuit. Quorū primus philosopho/
rū erat, q cæteris numero pauciores, honoreq; & dignitate apud reges lōge anteibāt. hi
ab omni opere immunes, neq; seruiūt cuiq; neq; imperāt, recipiuntq; à priuatis ea qbus
sacra dijs faciāt, & curā habeāt defunctorū, tāq; chari dijs, & quæ fiāt apud inferos pci/
puè norint, propterea dona plurima, honoresq; eius impendūtur, multū enim prosunt
Indorum uitæ. Nam anni principio conueniētes siccitates, pluuias, uētos, morbos præ
dicunt, cæteraq; quorū cognitio possit utilis esse. Futura enim audiētes, tum populus,
tum rex, & futura declinant mala, & bonis futuris imminēt. Qui autē philosophus fal/
sa prædixerit, nullā, præterq; φ perpetuo sileat pœnā subit. Secundus ordo est agrico
larum, qui multitudine superantes alios, à bello reliquoq; opere liberi, solis agris colen
dis tēpus impartiūt. Nullus hostis eos lacessit, neq; spoliat, sed existimās illos in genere
utilitatis uersari, ab omni iniuria abstinēt, Itaq; soluti metu agricolæ, terramq; libere co
lētes, rerum afferūt ubertatem. Viuūt autē in cāpis, cū uxore & liberis, neq; in urbes cō
meāt. Regi dant tributū, nulli priuato licet agros possidere præter tributū: & quintam
quoq; fructuū partē regibus impēdūt. Tertiū ordinē cōficiūt omnis generis pastores,
qui neq; in ciuitatibus, neq; uillis morantur. Vtuntur tabernaculis, uenatu ac rhetibus
tutas à feris auibusq; regiones reddunt, hoc exercitio Indiam domesticā præstant, mul
tis uarijsq; tum bestijs, tum auibus sementi agricolarum infestis copiosam. Quartum
locum artifices tenent, quorum pars armis, pars rusticis instrumentis, alij alijs uti/
libus rebus fabricandis uacant, ij non solum immunes à tributo sunt, sed frumentum
insuper à regia percipiunt. Quinto ordine milites, sed numero secundi belli disciplina
exercent, omnis ea multitudo armis dedita, tum equi elephantiq; bello apti, ex regia ui
ctum habēt. Sextus est ordo Ephororū, hij quæcūq; in India agunt, inspicientes regi re
ferūt. Septimo loco existūt, qui publicis cōsilijs præsunt, numero paucissimi, nobilita/
te prudentiaq; maxime insignes.

TABVLA DVODE-
cima Asiæ

continet Taprobanam insulam.

ASIÆ tabula duodecima continet Taprobanam insulam, cum cæteris insulis circa ipsam.

Parallelus ipsius medius rationem habet ad meridianum eandem.

Circundatur autem tabula ab utraq; parte Indico pelago

Insignes insulæ ciuitates

Talacori emporium maximam diem habet horarum æquinoctialium 12 $\frac{1}{3}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum horis 4 $\frac{1}{3}$ decimaquinta parte. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, quũ distat à tropico æstiuo, ab utraq; parte gradibus 59 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

Agadiba maximam diem habet horarũ 12 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus ortum hor. 4 $\frac{1}{2}$ decima parte. Hic quoq; sol bis in anno fit supra uerticem, quũ distat ab æstiuo tropico, ab utraq; parte gradibus 68 $\frac{1}{12}$.

Maagrammum metropolis maiorem diẽ habet horarum 12 $\frac{1}{2}$. ferè. Et distat ab Alexandria ad ortũ hor. 4 $\frac{1}{2}$. ferè. Hicq; sol bis in anno fit supra uerticem, quũ distat à tropico æstiuo, ab utraq; parte gradibus 71 $\frac{1}{2}$ decimaquinta parte.

Duodecima & ultima Asiæ tabula continet à partibus 116. usq; ad partes 135. Et fit Longitudo partium 19. Latitudo ab æquinoctiali uersum septentrionẽ partibus 12 $\frac{1}{2}$. aut per Cory promontoriũ, ita ut Taprobane appareat ad Indiæ situm partibus 13 $\frac{1}{3}$. A meridiæ uerò partibus 6 $\frac{1}{2}$. ita ut si tota colligatur latitudo, fiat partium 19 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$. aut integrarum 20.

Sunt igitur Asiæ Prouinciæ 48.

Omnes Prouinciæ nostræ habitabilis sunt 49.



Miliaria 60
INDIAE PARS
Vangana
Canathra
Sufuara
Gabbi
Margana
Mudutti
Anubingara
Aegidion
Orneon
Nagadiba
Antrogrammum
Ante Taprobanã cohortes sunt insulaz quas dicit esse 1376 numero quazz noia tradunt hec sunt
MARE
Soana fl.
Semni
Ganges fl.
TAPROBANA INS.
INDICVM
Zibala
Aummna
Sandocade
Anubingara
Malea mons
Mordulu
Bumalam
Bocam
Monacha
Cattos
Zaba
EQVINOCTIALIS
Equinoctial. hō. 12.
Sub hoc monte usque mare sunt elephantum pascua
Rhogandani
Nanigeri
Hodoca
Cumara
phileus
irena
Calandadrua
Arana
Bassa
Balata

TABVLA DVODE-cima Asiæ

TAPROBANEN insulam, anteq̄ temeritas humana exquisito penitus mari fidem panderet, diu orbem alterum putauerũt, & quidem eum, quem habitare Antipodes crederentur, uerum Alexandri magni uirtus, ignorantiam publici erroris non tulit ulterius permanere, sed in hæc usq; secreta propagauit nominis sui gloriam. Missus igitur Onesicritis præfectus classis Macedoniæ, terram istam, quanta esset, quid gigneret, quomodo haberetur, exploratam notitiæ nostræ dedit. Patet in longitudine stadiorum septem milium, in latitudine quinq;. Scinditur amne interfluo. Nam pars eius bestijs & elephantis repleta est, maioribus multo q̄ quos India parit. Margaritis scatet, & gemmis omnibus. Sita est inter ortum & occasum. A Prassia Indorum gente, dierum uiginiquinq;, primo in eã fuit cursus, sed cum Papyraceis & Nili nauibus illo pergeretur, mox cursu nauiũ nostrarm septem dierum iter factum est. Mare uadosum interiacet, altitudinis non amplius senum passuum, cæteris autem canalibus adeo altum, adeoq; depressum, ut nullæ unq; anchoræ ad profundi illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigando siderum obseruatio, utpote ubi septentriones nequaq; aspiciuntur: Virgiliæ nunq; apparent, nã ab octaua in sextãdecimam tantum supra terram uidẽtur. Lucet ibi Canopos sydus clarum & amplissimum. Solem orientem à dextra habent, occidentem à sinistra. Sub Claudij adhuc principatu æs signatum ignorabant, pecuniam maxime stupuisse traduntur, q̄ signata disparibus uultibus foret, parem tamen habet morem ponderis. Excedunt homines corporum magnitudine alios omnes. Crines fuco imbuũt, ceruleis oculis, atroci uisu, terrifico sono uocis, quibus immatura mors est in annos centum æuum trahunt, alijs omnibus annosa, ætas, & pene ultra humanam extenta fragilitatem. Nulli per diem, aut ante noctem somnus, noctis partem quieti destinant, lucis ortum uigilia anteuertunt, ædificia modicè ab humo tollunt. Annona semper eodem tenore est. Vites nesciunt, pomis abũdant. Colũt Herculem. In regis electione, non nobilitas præualet, sed suffragium uniuersorum, populus enim eligit spectatum moribus, & inueteratæ clementiæ, & iam annis grauem. Rex quadraginta rectores accipit, ne in causis capitum solus iudicet, & sic quoq; si displicuerit iudicatum, ad populum ꝓuocatur, à quo datis iudicibus septuaginta, fertur sententia, cui necessario acquiescitur. Quod si rex aliquo peccato argutus sit, ac conuictus, morte mulctatur, non tamen, ut cuiusq; manu tractetur, sed consensu publico rerum omnium interdicta ei facultate, etiam colloquij potestas, punito denegatur. Culturę studẽt uniuersi, uenatibus indulgent, nec plebeias agunt prædas. Tigrides & Elephanti tãtum requiruntur. Maria quoq; piscationibus inquietant, marinasq; testudines capere gaudent, quarum tanta est magnitudo, ut superficies earum domum faciat, & numerosam familiam non arctè receptet.

Typus orbis descriptione Ptolemæi.



Tabula terræ nouæ.


CHRISTOPHORVS Colũbus natione Italus, patria Genuensis, gente Colũba, uir erat mediocri statura, colore ad rubedinem inclinato, facie oblonga. Is eo animo regiam Hispaniarum regũ adiuit, ut hactenus inaccessas orbis partes perꝗ diligenter peragraret, ac detegeret. Petijt propterea semel & iterum instantissimè ab rege memorato, ut uoto tam pio non deesset. futurum ei & toti Hispaniæ decus præclarum adseuerabat, si sua opera & impensa nouas inaccessasꝗ regiones nactus foret: & ad id opus nauandum, ultro sese offerebat. Nam pollicebatur, plures posse nancisci in occidente insulas, & continentem, quæ ad usum imò ad delicias mortalium minime forent ineptæ. Et imprimis in his insulis, quæ conterminæ sunt Indiæ, inueniri posse arbitrabatur baccas, id est uniones, lapides preciosos ferè omne genus, necnon aromata omnifariam, auriꝗ plurimũ & argenti. Hęc meditãtem, rex & regina identidem derisere, utpotè cogitãtẽ inania, & pensi nullius, uertebaturꝗ hic sermo prope in fabellam. Tandem peractis annis octo, cum se alio Columbus conferre uellet, cœpit rex his sermonibus aures prębere attẽtiores, decreuitꝗ experiri uiri ingeniũ: propterea in effectũ huius celebris instituti, iussit Liburnicam unã & celoces duas, omni annonę armamentorumꝗ genere cõmuniri. Quibus expeditis, prima Septembris luce. M.ccccxcij. diu optatum iter aggressus soluit à portu, Palos uulgariter ab Hispanis nuncupato, iter faciens uersus insulas fortunatas, quas nunc Hispani appellant Canarias, ob id, ꝙ canibus olim maximè abundarent, antiqui uerò fortunatas dicebant. Hæ enim absunt à Gadibus leucas cc. prout ipsi computant suas leucas, dãtes unicuiꝗ leucæ 4. miliaria. Fortunatas propterea eas dixere, ob aeris miram temperiem, cœliꝗ clemẽtiam. Sunt in climate per Sienem, inter occidentem & meridiem, eas incoluerunt ferinæ gentes, quibus nulla fuit religio, nullus dei timor, nulla uerecundia, utpotè qui nudi incedebant usquequaꝗ. Eo Columbus concessit, aquę nonnihil sumpturus, ut uel inibi socij prius parũper conquiescerent, ꝙ atrocioribus se crederent laboribus: nam qui sulcant maria incomperta, his necesse est, propè labores innumeros exanclare. Soluẽs igitur illinc, arabat maria, & per dies xxxiij. totidemꝗ noctes nauigans uersus occidentẽ, tandẽ ipsemet Colũbus prima noctis uigilia insulã quãdã cõspicatus est. proprius accedentes, uidere insulas sex, quibus perlustratis, duas nouissime uastissimas reperit, eisꝗ nomina indidit, Alteram Hispanã, Ioannam alteram nuncupauit. Ioannam non satis compertam habuere, utrum foret insula uel ne, dum tamen eius latera legũt, audiuere innumeros, auium concentus, & imprimis lusciniarum: quæ densissimis nemoribus inerrabãt mense nouembri. Inibi etiam conspexere limpidissima flumina, eademꝗ potui suauissima, portus magnos celebresꝗ. Et cùm uento choro nauigarent, prouecti sunt magis secus insulæ littora, nusquã tamen ad calcem peruenere. Cũ igitur progressi fuissent ferè miliaria 500. leucas uerò 125. & nullũ terminum adhuc comperissent, credidere continentem fore: propterea decreuere gradum referre, impellente pelagi sæuitia. nam malus, id est arbor nauis nutare incipiebat. Conuertit itaꝗ nauem ad orientem, & mox deuenere ad eam insulam, quæ dicitur Hispana, & cum summè appeterent terram, ac septentrionale latus explorarent, iam limiti terræ appropinquantibus, ratis maxima in scopulum quendam collisa est, adeò, ut iam dehisceret: uerum submergi nequiuit, ob planiciem saxi, mox accurrũt cum cymbis uiri celocis alterius, & socios è faucibus Neptuni eripuere, ferè moribundos. Cum terræ apulissent, conspecti sunt ab incolis eius insulæ, qui protinus effuse fugerunt in nemora densissima, non aliter, ꝙ si fugacem leporẽ consectaretur canis genus inauditum. Nostri tum uestigia insequuntur fugientium, & mulierem quãdam corripuere, quam cum ad naues reduxissent, uino & obsonijs propè distẽtam, & eleganter uestitam, missam faciunt: nam ipsi nudi incedunt, & humaniores omnino ignorãt delicias, ibiꝗ erecta turri 39. ex socijs in custodiã & possessionem noui orbis à se inuẽti dimissis, cũ reliquis duabus celocibus, idem Colũbus in Hispaniam se contulit, ubi honorificentissimè à regibus receptus uice rex & almirans ac gubernator dicti noui orbis eorum iussu ab omnibus salutatur: iterumꝗ reuersus continentem & alias quamplurimas insulas adinuenit, quibus nũc Hispani felicissime dominantur. Toto itaꝗ, quod aiunt, aberrant cœlo qui hanc continentem Americã nuncupari contendunt, cum Americus multo post Columbũ eandẽ terram adierit, nec cum Hispanis ille, sed cum Portugallensibus, ut suas merces commutaret, eò se contulit.



OCENVNVS OCCIDENTALIS
PARIAS
ISABELLA INSVL
Iamaiqua
Boriquen
brazil
as maidas
Alterna
S. Michael
S. maria
porto sancto
Medera
ANGLIA INSVL
GAL LIA
HISPANIA
Lilbona
TROP. CANCS
AFRICE SIVE ETHIOPIE PARS
C. Viridum
EQVINOCTIAL
Hic nascit Corallus mire magnitudis
y. Tebas
Hec terra cum adiacentib insulis inuenta est p Cristoferum Columbum ianuensem ex mandato Regis Castelle
TERRA NOVA
Antropo phagi hic sunt.
TROP. CAPRI

29

Tabula noua Angliæ & Hiberniæ.



30

Tabula noua Hispaniæ.



Tabula n̄a Galliæ.



De Boemia.

TABVLA quarta & quinta Europæ de nonnullis Germaniæ populis, ac eorum moribus dictum est. Nunc autē de cæteris, quæ locis allegatis omissa sunt dicendum erit. Et primo de Boëmia. Boëmia regio, Germaniæ finibus inclusa, Aquilonis flatibus obiacet. Latitudo eius longitudini ferè par, trium forte dierum iter. Sylua Hercynia tanq̃ natiuo muro undiq; cingitur. Albi fluuio media irrigatur, atq; quodam alio Multauio nomine, ad cuius ripam Praga sita est, amplissima urbs, & totius regni caput. Solū hordei & tritici ferax, pabulo, pecore, atq; piscibus abundat, olei sterilis est, quemadmodum Germania ipsa. Vino non omnino caret, Ceruisiam optimam facit, quæ Viennā usq; Austriæ uehitur. Boëmi licet Germanis undiq; circunsepti sint, Germanica tñ lingua nō loquunť sed Sclauonica, Dalmatarū aduētu Teutonica illinc pulsa. etenim in eorū annalibus reperitur, fratres duos ex Croatiæ populis egressos, alterū in Boëmia, alterū in Polonia consedisse, mutasseq; & gentibus prioribus linguā, & terris nomina Volaterrano autore. mos uetus, & Germinica lingua à plerisq; in hanc usq; diem obseruatur. In tēplis enim plebes sermone Teutonico docentur, in cōmercijs Boëmico. Solis mendicātibus olim licuit, qua uellēt lingua, populos instituere. Nullæ leges sunt, nulla sanctiora instituta, quod libet licet, quippe Christianæ fidei non solum non cultus, ut qui Vualdensium sectam amplexi tutentur, uerum auorum nostrorum memoria Hussitarum ueneno infecti. Orthodoxæ fidei cultum parū etiam hodie integre custodiunt. Romanum pontificem parem in ordinem redigunt, negantq; cæteris augustiorem esse ac uenerabiliorem, inter sacerdotes nullum discrimen ducentes.

DE SAXONIA.

SAXONIA Germaniæ particularis regio, à Saxonibus populis nomē accepit. Quos quidam reliquias Macedonici exercitus (qui secutus magnū Alexandrū, immatura ipsius morte, per totum orbem sit dispersus) esse dixerunt. Quidam eos à Britannia, quærendarum sedium causa nauigijs digressos, Germaniæ adnauigasse, & propulsatis Thuringis, eorum terram occupasse. Erat enim Saxonica gens ab initio inquieta nimis, finitimorum sedibus infesta, domi tamen pacata, & ciuium utilitatibus placida benignitate cōsulens generis quoq; ac nobilitatis suæ prouidissimam curam habēs, nec facile ullis aliarum gentium, uel sibi inferiorum connubijs infecta, proprium sincerum & tantum sui similem populum facere conata, unde habitus quoq; ac corporum magnitudo, comarū color, tanq̃ in tan-



SCOTIE PARS
SCANIE PARS
DACIA
Seelandia
MARE GEMANICV
ERISIA
VAESPHALIA
GERMANIA
MARCA
POLONIE PARS
PRVSSIE PARS
POMERAN
HOLAD
HASSIA
DVRING
SCHLESIA
BOHEMIA
MORAVIA
AVSTRASIE PARS
GALLIE PARS
SVEVIA
BAVARIA
VNGARIE PARS
AVSTRIA
SVICIA
ALPES
ITALIA
Sala Germaie
48
47
46
44
43
42
41
40
49

to numero hominum idem penè omnibus. Quatuor in genere differentias habuit. Nobilium, liberorum, libertorum atq; seruorum. Et id legibus cautum erat, ne ulla pars suæ sortis oblita, terminos in copulandis cõiugijs transgrederetur, sed nobilis nobilẽ duceret in uxorem, liber liberam, libertus libertam, & seruus ancillam.

DE FRANCONIA.

FRANCONIA siue Francia orientalis Germaniæ pars, & ferè meditullium, à Sycambris, quibus Valentiani Cæsaris tẽpore, ob Halanos deuictos, Francorum nomen contigit, appellata. Regio latis ac densissimis syluis, asperisq; mõtibus clausa, difficulter adiri potest. Intus plana est, innumeris turritis oppidis, castris, & pagis exculta. Sylua quæ Hercynia dicitur, æditissimis iugis, per circuitum obfirmans, eam ueluti natiuus murus ambit. Moganus nauigabile flumen, Sala, & Thuberus, Neccarus etiam perlabuntur. Valles, in quibus decurrunt amplæ & profundæ sunt, earumq; utraq; latera uitibus consita, uinum producunt, quod ob sui præstantiam ad remotissimas gentes trãsfertur. Terra (præterq; ea pars, quæ Norica hodie uocatur, atq; ubi fluminibus uicinior est) arenosa nimiũ non est, ut Æneas Syluius, scriptum reliquit, nec nimium etiam silicosa, fertilis omnis est, hordeum, triticum & omne frumentum, legumẽq; satum multo cum fœnore reddit. Nulla Germaniæ prouincia plures & maiores cepas gignit, nulla grãdiora rapa, & caulium capita. Adde Glycerhysam radicem melleam, quæ in Bãbenbergensi agro tanta copia effoditur, ut ingentes currus ea onerari uideas.

Tabula noua Polonię, Vngarię, & Russię.



Norbegia Gottia.



30.paral.diē maiorē habēs triū mēsiū cōtinue, qn̄ uidelicet sol fuerit in medietate tauri, usq; ad medietatem leonis, hoc est à principio mēsis Maij, usq; ad finem Iulij. Et noctem similiter triū mensium, quando sol fuerit in signis & mensibus oppositis.

29.paral.habēs diē maxi.duorū mēsiū cōtinuè, quando uidelicet sol fuerit circa principiū geminoru, usq; ad finem cancri, hoc est à medietate mensis Maij usq; ad medietatem mensis Iulij ferè.

28.para.habēs diē maxi.cōtinuè unius mensis, qn̄ uidelicet sol fuerit circa medietatē geminorum, usq; medietatē cācri, hoc est à pricipio Iunij usq; ad finem eiusdem.

27.par.differt ab æqno.ho.12.hn̄s diē ma.ho.24.qn̄.i.sol fuerit circa finem geminorum.

26.paral.differt ab æquino.ho.11.habēs diē maximam horarum 23.

25.parallelus differt ab æqno.horis 10.habens diem maximam horarum 22.

24.paral.differt ab æqno.hor.9.habēs diem maximā horarum 21.

23.para.per Thylen differt ab æqui.ho.8.habens diē maximam ho.20.

22.par.differt ab æqui.horis $7\frac{1}{2}$ habēs diē maximam ho.$16\frac{1}{2}$.

21.par.differt ab æqui.hor.7.habēs diē maximā hora.16.

20.pa.differt ab æqui.ho.$6\frac{1}{2}$.hn̄s diem ma.ho $18\frac{1}{2}$.

19.par.Caturactonium differēs ab æqui.hor.6.ha.diē max.hor.18.

18.differt ad æqui.horis $5\frac{1}{2}$.hn̄s.diē maxi.hor.$17\frac{1}{2}$.

17.dif.ab æq.ho.5.hn̄s diē ma.hor.17.

16.differt ab æqui.ho.$4\frac{1}{2}$ hn̄s diē ma.h.$16\frac{1}{2}$.

Tabula noua Sicili Sardiniæ, & Corsicæ.



36

Tabula nova Italiæ.



Tabula noua Græciæ, Sclauoniæ, & Bulgariæ.



38

Tabula n[o]ua partis Africæ.



3.9

Tabula noua partis Africæ.



DE MAHOMETO
ET TVRCARVM ORIGINE
& moribus.

TVRCIÆ nomen huic Asiæ regioni nuper inditum, ideoq; paucula de Mahometo ac Turcis hic præscribẽda. Mahometus pseudopropheta Sarracenis Arabiæ gẽti Anno nostræ salutis sexcẽtesimo undetrigesimo nouas leges sanxit: uir (dubiũ) Arabs an Persa, utrũq; enim traditur, patre malorũ demonũ cultore, matre Ismaëlita, & ob id Hebricæ legis nõ ignara, distrahere puerũ illi, ambiguũq; efſingere, dum hic, dũ illa suã uterq; legẽ ingerit. Igitur utroq; puer imbutus cultu, neutrũ adultus recepit: qn homo callidus atq; uafer ingenio, inter Christianæ pietatis uiros diutissime uersatus, rẽ perniciosam humano generi ex duabus legibus cõmẽtus est. Hebręos aiebat impiè facere, qui Christũ natũ ex uirgine inficiarẽtur, quãdo id ꝓphetæ, uiri præcipua sanctitate, diuinoq; afflati spiritu, futurũ cecinissent, expectandũq; multo anteà prędixissent. cõtrà Christianos stultè credere Iesum dei amicissimũ, natũq; ex uirgine, opprobria & cruciatũ à Iudæis perpeti uoluisse. Is pseudopropheta, cũ suã gentẽ malis imbuisset, legẽ tulit, cui ne ab hõnibus sanę mẽtis quãdoq; iret̃ obuiã, uel à quopiã abrogaret̃: ut sordidæ & pestilẽti, capitalem inscripsit pœnã, sanxitq; in suo Alcorano si qs de ea ausus esset disputare. Qua sanctione palã fecit, nihil sinceri in ea lege esse, quã uelut mysteriũ quoddã texerit uetueritq; tractari, ut quale esset id, quod ferebat̃, populus haud scire posset. De Turcarũ origine hæc tradidit Ioãnes Baptista Egnatius Venetus. Turcarũ, inqt, tenuissima memorãtur primordia, & ut cæterarũ gẽtiũ plane obscura Caspij maris accolæ fuerũt, qui septingẽtesimũ ab hinc annũ natali solo relicto, in Persidẽ atq; Asiã minorẽ primũ impetũ fecere. Sed nec unus dux illis, nec certũ imperiũ, uagi, dispalatiq; quoue cuiq; sors affuit, latrocinãtes magis q̃ belligerãtes ꝓuincias uastarũt. Prima stipẽdia Basilio Macedone imperãte, sub Muchumetio Sarracenorũ principe meruere, quorũ præcipue opera Babylonios, Indosq; ille uicerit. Variatũ sępe inter eos factionibus exortis ad Gallorũ usq; memorabilẽ illã expeditionẽ qua fracti ab his sępius, magna etiã imperij parte multati sunt, donec Othomãnus ueterẽ gẽtis gloriã asserere ausus est. Is obscuro loco & parẽtibus agrarijs natus, uirtute ac calliditate singulari, cõflata ꝑ seditionẽ manu, circũferre turcica cœpit arma, in suæ gẽtis homines nõ minus infestus, q̃ in nostros. Othomannus igitur his auspicijs intra octo & uiginti annos, qbus rerũ potitus est incredibile dictu quantũ rem suã auxerit. Magnã certe Bithyniæ partem breui subegit, oppidaq; ad Euxinum posita nõ pauca cæpit. Qui moriẽs Orchani filio regnum per manus tradidit. Hic Prusiã Græcis ademit, primusq; in Europã traiecit. Tandem post uigesimũ secũdum imperij annũ, Ammuratem filiũ hæredem reliquit. Is auitã, paternamq; felicitatem emulatus, in Bulgaros mouit Hellespontum ad Abydum superat. Callinopolimq; cum alijs oppidis occupat. Seruiam, Bulgariamq; ingressus, cũ Adrianopolim prius occupasset, occurrentes sibi cũ paratissimis copijs hostes ingenti cęde profligat, Lazaro Seruiæ principe in acie cæso, sed mox à seruo domini in uindictã Ammurates occiditur, cũ annos uiginti tres imperiũ tenuisset, Bazaite & Salimanno filijs superstitibus. Bazaites interfecto per insidias fratre, magnã Bulgariæ partẽ sibi subiecit. Bossinam, Croatiã, ulterioresq; Illyrici partes uastat. Tãdem Mahometes rem Turcarum occupat, qui Bulgaros & Vlachos prælijs & cladibus afflixit. Adrianopoliq; recepta, regiã ibi sedẽ statuit, ipso post annos septem & decem mortuo, Ammurates filius regnũ init. Prima illi expeditio in Mysorum principem, qui nunc Serui dicuntur, fuit, de quibus Scopiam & Nouemontũ cæpit. In Vlachos, Vngaros, & Germanos incursiões graues fecit. Tandẽ Mahometi filio cura rerum demandata, cũ annos quatuor & triginta regnasset, mærore animi obijt. Lõgum esset, si Mahometis eius filij res gestas explicem. Quæ quantæ fuerint, nouum Othomannicæ familiæ magni cognomentum ab eo quæsitũ, & in hæredes iam transmissum arguat. Is enim duo Christianorũ imperia, Cõstantinopolitanum, & Trapezuntium subuertit, regna duodecim nobis ademit, & cætera. Hic cũ annis præfuisset unũ & triginta obijt, anno salutis nostræ, 1 4 8 1. quinto nonas Maij.

Othomãnus primus Turcarũ rex.

Orchanes secũdus

Ammurates tertius

Pazaites quartus.

Maometh quintus.

Ammurates sext⁹.

Maometh septimus.

Quo mortuo


Tabula noua Asiæ minoris.



Bazaites octauus. Quo mortuo, Bazaites regnum obtinuit, qui Vlachiæ castella quędā expugnauit, in Sultanum Ægyptium copias eduxit, à quo sæpe uicti Turcæ, tandem pacē, fœdusq; iniere. Hic ex quo annos fermè triginta imperasset, à Selino filio regno pellitur. Hucusq; Egnatium sequutus sum. Selinus nonus. Hic Selinus paratissimis copijs aduersus Persarum regē Ismaelē uenit, cœso in acie duce Persarum, magnā Persiæ partē in desolationē dedit. Deinde Syriam subegit, ac Saltanum uita exuit, Ægytūq; impe-rata facere coëgit, quod factum est anno salutis nostræ 1516. Solimannus decimus Turcarum rex. Quum porrò & hic idē obijsset, Solimannus filius eius regnare cœpit pro eo. Qui anno à nato Christo 1521. Albam Græcā Hungariæ ciuitatem, cepit. Rhodon Insulam, Anno salutis 1523. in deditionem recepit. Ludouicum Hungariæ regē, in acie cæsum interemit, Anno 1526. Budā Hungariæ ciuitatem, non tam cepit, q̃ uastauit, atq; adeò nihil in ea immanitatis suæ reliquit liberum. Viennā Austriæ obsedit, sed frustra. Quum secundo hoc idem tentaret, à Carolo quinto Romanorum imperatore facile retro cedere coactus est. Occurrens enim ei Cæsar exquisitissimis Germanorum copijs, omnem facile Turcicam uim repressit: Cesa sunt passim Turcarum quinquaginta milia. Pulsus à Germania Solimannus in Sophum Persarum regem exercitum duxit, à quo semel & iterum profligatus est anno 1535. Italiam ingēti classe nuper inuasit, sed suo magno incōmodo. Domus Turcarum, & cætera ædificia, sub quibus habitare solent, de lignis & terra uulgo sunt, pauca de lapidibus, solorum magnatum domus. Balnea & deorum templa ex his uulgo constructa, q̃uis & plebeiorum quidam locupletes adeò sunt, ut exercitum armare expedireq; integrum unus possit, sed cum frugales sint, & omnem sumptum deuitent. humilitatem diligant, uoluntariam hanc paupertatem & rerū situm patienter ferunt. Ob hanc etiam causam picturas abijciunt, imaginū sculpturas sic abhorrent, sic detestātur, ut Christianos, qui eis tantum delectentur, idolatras uocitent, & in ueritate esse contendant. Sigillis in literis (siue regis aut cuiuscunq; alterius fuerint) nullis utuntur, nullis signis obmuniunt fidem habent statim, ubi solūmodo nomen audierint, aut scribentis stylū inspexerint. Campanarū usus apud eos nullus, nec etiā Christianos inter eos habitantes habere ac uti permittunt. Pro pecunia aut aliqua alia re non ludūt, ludere repertos ignominijs multis & probris afficiunt & prosequuntur. Ad sedendunm scamnū, sedile, aut aliud fulcimentum nemo, cuiusq; dignitatis conditionis ue existat, requirit, sed decentissima quadā & membrorū & uestiū compositione super terrā puerorū more recumbit. Mensa supra quam uescuntur, ut plurimū è corio bubulo parata est, aut ceruino non concinnato, & adhuc hirsuto, rotunditatem habens, quatuor uel quinq; palmorum latitudinis. Circulos multos per circuitū insultos ferrens, quibus cum corrigiæ inductæ sunt, instar bursę clauditur, expanditur & portatur. Domū, ecclesiam, aut alium locum in quo sedendū est, nisi discalceatus nemo intrat, cū inhonestum indecorumq; ualde habeatur ut calceatus quis sedeat, quare calceamento quodā utuntur. quod facile & deponi potest & recipi. Vestimentis utuntur tam uiri q̃ fœmine satis largis & longis, in anteriori parte apertis, quo honestius curuati naturæ opus perficere celareq; possint. multum enim in egestione cauetur ne meridiē uersus, quo orantes se uertere solent faciē conuertant, multum etiam ne ab homine quopiā conspecti, turpitudinē suā ostendant. Curuati etiam queadmodū apud nos mulieres micturiūt, nam si stando quispiam mingeret, pro stulto aut heretico ab omnibus haberetur. A uino (quoniam peccati & omnis immundiciei seminarium sit) ex lege abstinent, uuas tamen comedūt, & mustū potāt.

41

Tabula noua te sanctæ.



42

Tabula noua Indiæ orientalis & meridionalis.



TABVLA SVPERIORIS Indiæ & Tartariæ maioris.

MARCVS Paulus Venetus aſſerit, ꝙ inter omnes imꝑatores & reges tam Saracenorũ ꝙ̃ Chriſtianorũ, potẽtior non ſit magno Chan. Qui cũ morte diſcedit in quodã monte maximo ſepelitur, & quando illuc portatur, Tartari omnes equos de ſuo ſtabulo, necnon equos & homines quos in uia cõprehẽdunt interimunt, dicẽtes: Seruitę domino ueſtro in alio mundo. Tartari ſemper morantur in campis, ubi meliora paſcua reperiuntur, faciuntq́ domos de perticis rotundas, filtro coopertas. Habent etiã Carrucas, in quibus deferrũt ſupellectilia & familiã ſuam. Viri nil niſi bellũ agunt, uxores autẽ oĩa alia perficiũt. Omnes carnes, præter humanas cõedũt. Lac bibunt iumentorum. Se inuicem offendere cauent. Vxores eorũ illuſtres ſunt ac fideles, & quilibet poteſt habere tot quot enutrire poteſt. Viri dant dotes parẽtibus uxorũ, & nõ ecõuerſo. Conſobrinas, nouercas, & cognatas ducunt, primãq́ uxorẽ magis legitimã reputant ꝙ̃ alias. In ſuis nuptijs magna feſta faciunt. Omnes idola colunt. Probi ſunt in armis & laboribus. Iuſtitiã diligunt hoc modo. Homicidarũ nulla eſt redẽptio. Gladio, etiã ſi nõ percutiat, ſed ſolũ minetur, manũ perdit, pro uulnere ſimile uulnus à uulnerato recipit. Pro furto ſeptẽ ꝑcutiones baculo recipit acuato, & ſicut furtũ eſt magnũ, ſic & percuſſones aſcendunt per ſeptenariũ uſq́ ad ſeptẽ. Si autẽ notabile eſt, occidit̃, ni nonies tantũ reddat. Modus interficiẽdi eſt, ꝑ mediũ umbilici ſecare. Poſt ꝓuinciã Alcami, ubi eſt mons, in quo omnes magni Chan ſepeliuntur, quædã planicies eſt maxima, cuius gentes ſylueſtres, ſolum de animalibus uiuũt, ceruos comedũ & equitant, & ſubſunt Tartaris. Poſt illã planiciẽ eſt mare oceanũ. Hęc regio eſt uerſus arcticũ polum. Dehinc ad qnq́ dietas eſt quoddã regnũ, nomine Ergonil, cuius gẽtes idololatræ ſunt. Sunt & ibi Chriſtiani, Neſtoriani, & Machometani. Boues magni ſylueſtres, ceu Elephantes, piloſi, præterq́ in dorſo. Ibi animal eſt, quod muſcum producit, & eſt in magnitudine catti, coloris citrini, habens tantũ infra & ſupra duos dẽtes acutos & lõgos. In uentre eius iuxta umbilicũ apoſtema generatur ſanguineũ inter cutẽ & carnẽ & illud extractum cũ corio, muſcus eſt optimus. Item ad octo dietas poſt Ergonil eſt magnum regnũ regis Georgij Chriſtiani, qui eſt de genere Priami, quondam maximi regis, ſub quo erant Tartari, anteq́ habuerũt regem de ſuis. Ibi ſunt gentes quinq́ ſpecierum. Primæ multũ magnæ & nigræ ut coruus. Secundæ albæ, habẽtes caudã ut pauo. Tertiæ ſunt ſicut noſtræ. Quartæ ſunt paruæ, habentes duo capita. Quintæ habent ora & dentes ad modũ equorũ. Itẽ tribus dietis ab Ergonil magnus Chã habet uiridariũ xv. miliariũ, in quo ſunt fontes, fluuij, & prata multa. Iuxta illud uiridarium magnus Chan habet x. milia equarũ, quarum lac nemo niſi Chan magnus & eius cõiũcti bibũt. Dehinc patria q̃dã eſt, in qua plurima idololatrarũ monaſteria ſunt, quodlibet duo milia monachorum cõtinet, qui continue ieiunantes in pane & aqua, aſperrimam uitam ducũt. Cumq́ autem magnus Chan comederit, ſeruitores & pincernæ, q omnes Barones ſunt, ora habent uelata panno ſerico, aut aureo, ne anhelitus domino faſtidium generet. Ciuitas Cumbali magna eſt, habens xij. portas, in hac hoſpitatur mercatores & forenſes, quorum illuc maxima cõfluit multitudo, cum incredibili mercatura ſerici & lapidũ precioſorum de India magna & multis alijs locis, & maxime de Cathan, ita ꝙ qualibet die apportantur mille Carrucæ de ſerico, quia ibi operant̃ optimum ſericum cum auro. Hæc ciuitas uias habet latas, & ad filadũ directas, domus & palatia multa habet. In medio eius eſt palatium iuſtitiæ, in quo cãpana pẽdet, qua ter pulſata, nemo domum exire audet, niſi pro infirmo, aut fœmina parturiente, & hoc cũ candela lucẽte fieri oportet. Quælibet porta nocturno tempore cuſtoditur uigilibus non niſi ob latronum timorem. In burgis Cumbali morãtur xx. millia meretricum. In Cumbali Chan monetam cudit, quæ fit de corticibus interioribus mori. Omnes lapides precioſos, & aurum, & argẽtum rex à mercatoribus accipit, eiſq́ uice illorum monetam ſuam rependit.



CLIMA·7·
CLIMA·6·
CLIMA·5·
CLIMA·4·
CLIMA·3·
CLIMA·2·
CLIMA·I·
Parallelus.21.maximā diē habens hor.19.min.49.
para.19.diem maximā ha.ho.17.mi.52.
pa.17.diem habet ho.16.miñ.54.
pa.14.per pontū diem ma.ha.ho.15.mi.26,
pa.11.diem maxi. ha.ho.14.miñ.44.
paral.9.diē ha.ho.14.minu.11.
paral.7.diē ha.ho.13.mi.42.
par.5.diē ha.hor.13.mi.13.
par.3.di.ho.12.mi.42.
BALOR
TANGVT
EZIMA
SVCAY
TOLMAN
PROVICIA CATHAI
Cathaio
REGNVM
CAMVL
CHICHI TALIS
CHAIRAM PRO
TEBET
PROVINCIA MANGI
INDIA
Tropicus Cancri
CIANBA PROVICIA MAGNA
MVR EV
PROV BOCAT
LI
REGNVM
SINVS MAGNVS
OCEANVS
INDICVS
ZINPAN GRI
Magnus Tartarus Gogchaam Rex regū et dūs dnantium.
Circulus

DE PROVIDENtia regis magni Chan.


MAGNVS Chan constituit xij. barones, qui ordināt omnia quæ expediūt xxiiij. ꝓuincijs, ad singulas mittentes iudices, & xij. notarios. Hi omnes morantur in magno palatio, in medio ciuitatis Cūbali, quæ caput est imperij Tartarorum. Palatium regis in Cumbali, girat quatuor miliaria, habens in eius circuitu quatuor alia palatia, ad utensilium repositionem. Hoc palatium in facie ad meridiem habet xv. portas, quarum mediam solus rex intrat & exit. Sunt & etiam alia loca, ad tria miliaria distantia, in quibus morantur cursores, & hi omnes tintinnabulis cincti sunt. Legato igitur aliquo à rege ad aliquam prouinciam, capite & corpore ligato (propter uelocem equorum strepitum) equitat, currūt enim in die cccc. miliaria. Peruentis illis ad postem, statim recentes equos sumunt, quos semper paratos inueniunt.

DE VIRGINIBVS NON ualentibus nubere.

POST hæc quædam prouincia est, nomine Theber, destructa à magno Chan, habens desertum xx. dietarū, quod abundat animalibus syluestribus, & maxime leonibus, & alijs feris. In cuius deserti introitu arundines longissimæ sunt, quæ fractæ, maximum clangorē emittūt, à quo animalia illa fugiūt. Post hoc multæ ciuitates sunt & castra, habentes consuetudinem, nunq̃ uirgines maritādi. Et propterea omnes forenses perābulantes capiūt, rogādo ut earū uirgines deflorēt. Cū q̃ autem maritandæ sunt, quælibet in festis discurrendo, ad collum omnia iocalia dictorū forēsiū sibi donata portat, & quæ plura suæ deflorat iōis signa portat, melior reputatur, & citius maritum assequitur. Gētes huius ꝓuinciæ sunt idololatræ. De agricultura & uenationibus uiuunt. Vestitę sunt animalium pellibus. Ista ꝓuincia diuisa est in octo regna, habēs corallum pro moneta, qui ibi clarissimus reperitur. Hæc prouincia maximos necromanticos & astrologos habet, & subest magno Chan.

44

Tabula noua vtriusque Indiæ.





Tabula noua Heluetiæ.



46 47

Tabula noua Prouinciarum Rheni.





ALSATIE PARS
Burgundie pars
LOTHARINGIA
LVCEMBVRGIE PARS
Cesaris mons
Castrū moselle
Chames
Miriaria
Wademons
nouū castrū
Tulliū
Contra villa
Apermons
Nanceiū
S. nicolaꝰ
Rosetum
lunaris villa
Albus mons
Condeum
pons mōtiōis
Nomenū
Metis
Bolchen
Sarnerden
Castro salma
falcomons
S. nabor
Hohēburg
Beris
Sarrapons
Sirsberg
Walderfingen
Schoenenburg
Treueris
S. michael
49
40
10
20

TABVLA NEOTERICÆ CRETÆ

Siue Candiæ.

CRETA quæ & Candia dicitur insula in medio ponto centũ urbium fama clara. Hæc (ut Strabo scribit) à septentrione Ægeo alluitur pelago & Cretico, ab austro Libyco. In longitudine habet 270. milia passuũ: in longitudine quinquaginta milia. Circuitus eius 580. milia passuũ cõplectit. Insignes in ea urbes sunt cortina Cydonea, Gnosum, Minois regia, & Strabonis chronographi patria, & Ida mõs, omniũ qui in ea sunt celeberrimus, celsissimo is uertice assurgit. Apollodorus lõgitudinẽ eius duũ miliũ trecentorũ & stadiorũ tradit, circuitũ quinq; miliũ, & amplius. Artemidorus mille minus. Nullũ in Creta animal noxiũ est, serpens ibi nullus, nulla noctua, & si inueniat, statim morit. Capris copiosa, ceruis eget, optimi uini feracissima. Herbã ꝑducit, quæ Diptamos dicit, & Alunosam, quæ morsa, diuturnã famẽ prohibet. Sphalãgos etiã uenatos gignit, & lapidẽ, qui Ideus dactilus dicitur. Cureta olim uocabat, ab habitantibus Curetibus, & per sincopẽ Creta. Alij dicunt Cretã dictã à Crete quodã Iouis filio Curetũ rege, alij à Crete nympha Hesperidis filia. Incultum hominũ genus a principio habuit. Rhadamãtus ad mãsuetiores uitæ ritus perduxit, sequutus inde Minos, qui æquitate & iustitia adhuc magis excoluit. Plato author est, Lacedæmonios & alias uetustissimas Grecię ciuitates hinc sibi leges & instituta quę siuisse. Fuit gẽs ab initio libertatis studiosa, eã se possidere arbitrati, quæ nõ essent tyrãnorum libidinibus exposita, fuit & cõcordiæ perpetua cura, quæ seditioni diuitiarũ auaritiæ alumnæ inimica est, modicè ꝑ inde antiquitus frugaliterq; uitã agitare. Frequentabant pueri conuẽtus, quos greges nominabãt. Adultæ ætatis uiri publica inter se cõuiuia celebrare, arma reipublicę tractare, ab ineũte ætate corpora laboribus exercere, maris æstus & frigora ꝑpeti, accliues semitas saltusq; superare, in gymnasijs pugnas ciere, arcubus & sagittis plurimũ uti, in armis saltationẽ, quã pirrhicẽ nominãt, uulgò celebrare, flexu corporis hæc saltatio fiebat, quo plagę telaq; euitarentur, sagulum & militarem calceum sibi induere, arma preciosissimũ munus credere, tãtum ad hæc rei maritimæ studium, ut in ꝑuerbiũ abierit, si quis quæ nosset, se nescire dissimularet, & Cretes, diceret, pelagus nescit. Inter æquales connubia cõciliari, ex omniũq; iuuenũ cœtu uirginibus sibi sponsos optare ius erat, nec prius paterna domo abduci moris erat, quàm ad domesticam ministrationẽ essent idonæ. Dotis magnitudo fuit, si frater aderat, patrimonij dimidium. Pueri ex legibus literas & cãtilenas & musicæ artis modulamina quædam discebant, ad uirorũ Sissitia perducti, humi uilibus tecti amiculis sedebãt, illisq; pugnam cientibus ministrare, puerorum ualidissimus, maximeq; elatus ductitabat gregem, pro uiribus singuli plurimos agregabant æquales, ad uenationes egredi, cursu exercebãtur corpora, statis diebus puerorũ cœtus ad tibiæ & lyræ cantum in se cõmitti, ut in re bellica consueuere. His etiam id moris fuisse quidam memorãt, lætos dies candido notare calculo, tristes atq; molestos atro, & si plures hunc morem ad Thraces referunt.

Tabula nou Candiæ.



49

Tabula noua totius orbis.



Tabula orbis cum descriptione ventorum.



INDEX RERVM

memorabilium, Regionum,

Gentium, Vrbium, Montium, Fluuiorum, Insularum, Syluarum, & reliquorum omnium, quæ in Ptolemæi Geographia continentur.

Numerus indicat faciem: a, primam columnam: & b, secundam. Vbi autẽ dictiones à serie paulò remotiores discedunt, recentium nominum, seu immutatæ appellationis est nota.

Almopi

An

Ardanaxes

Aſ

Ci

Craſſetum

Ge

Ialysus

Ispalis

Lazi

Mandanga

Melitena

Mi

Moscouia

Ne

Nephelis

Oebalia

Osincum

Parthini

Philippi ciui-

Pi

Portus

Regina

Sabina

Selyos

[handwritten in margin:] ...ria, cuius aqua / ... sedandum amorem: / ...insaniam. lib. 7.

Te

Thyle

Vcia

Vrathenæ

F I N I S.

Regionum, Ciuitatum

aut quorumcunq; locorum distantiam arithmeticè dimetiri.

Primum documentum.

Longitudo est distantia circuli meridiani ab occidente, id est, ab insulis Fortunatis in occidentali Oceano sitis.

Latitudo est distātia puncti uerticalis ab æquatore circulo, quæ semper æqualis est eleuationi poli supra orizontem.

COgnitis ex Tabulis Ptolemæi amborum longitudine & latitudine locorū, animaduerte, an longitudine tantū, aut latitudine tantū, aut longitudine & latitudine simul discrepent, siquidē aliquo istorū modorum ea differre certū est. Si itaq; latitudine tm̄ differūt, hoc est, si unus eorū sit altero aquilonior, sub uno tamē meridiano locētur, hoc pacto distātiā eorū dignosces. Subducta minore eorū latitudine à maiori, residuabis earum differentiā. Quam si per 15. multiplicaueris, miliaria Germanica cōmunia producentur. Eandem uerò ducendo in 12., Sueuica quoq; miliaria se offerunt. At si tandem Italica miliaria te delectāt, eandem differentiā sexagenario numero multiplicando, ea cognosces.

At si dictæ differētiæ latitudinum gradibus minuta aliqua adhæserint, ea per 4. partire, & exibit numerus miliariorum Germanicorum prioribus addendorum. Quo habito, facile erit reliqua miliaria, Sueuica uidelicet, uel Italica horum respectu dinumerare. Hæc cum facilima uideantur, exemplari calculo supersedendum duco.

DISTANTIAM DVorum locorū longitudine tantum differētiū explorare.

Secundum documentum.

VOlens talium duorum locorum distantiam scire, considera eorū latitudinē, quæ si 18. graduū metā nō excedit, hoc est q̄ nusq̄ latius ab æquatore deuiet, pari ferè lege, ut cum differentia latitudinū supra operatus es, & hic cum longitudinum differētia, eadē multiplicando per 15. 12. uel 60. cuiussuis etiā generis miliaria dignosces. Sed si horum locorum latitudo dictū 18. graduū limitē excesserit, opus erit, differentiā longitudinum eorundē, per subtractionem minoris à maiori cognitā, in gradus æquinoctialis conuertere, ratione perallelorum ab æquatore euagantium id exigēte. Cuius rei gratia tabulā sequentē, Conuersionū uidelicet graduū Longitudinū in gradus æquinoctialis intitulatā, huic loco adaptandā duxi, quā æque breuitati atq; cōmoditati consulēdo, charactere A insignitā, eoq; nomine sæpiuscule appellādam uisum fuit. Rem igitur tentaturus longitudinū differentiā, uia iā dicta cognitā, in gradus æquinoctialis conuerte, hoc pacto. Latitudinem ambobus locis cōmunē in prima uersus sinistram linea huius tabulæ A quære, & minuta æquinoctialis è directo sub suis titulis apparētia extra scribe, secūda eadē concomitantia pro integro minuto assumēdo, si alicuius momēti fore cōijcere potes, uel missa faciēdo si exiguus eorū numerus uideaē, puta notabiliter citra uel ultra medietatē unius minuti uel duarū tertiarū &c. Quibus habitis, differentiā longitudinū supra habitā per eadē multiplica, & ꝑductū per 60. partire, & exibūt gradus æquinoctialis quæsiti. Quos si per 15. aut 12. aut 60. multiplicaueris, miliaria Germanica cōmunia, Sueuica, aut Italica conflabis, prout in superiori dogmate didicisti. Sed exemplari calculo hæc clariora fiant. Sint iccirco duo loca A. & B. sub latitudine 50. gra. Quarū A. habeat longitudinē 30. gra. B. uerò 39. gra. & 15. minu. Harū differētiā, per subtractionem minoris à maiori, elicio grad. 9. minu. 15. quā duco in 38. m̄. è directo 50. gra. latitudinis occurrentia, non curando de secundis eius adiacētibus, uti nullius momēti existētibus & produco minuta 342. Et quia sub ea latitudine uni gradui latitudinis correspondent m̄. 38. æquinoctialis, ut sit tertia ferè pars ablata, demo & tertiā partē à dictis 15. minutis differētiæ longitudinali adhærētibus, & relinquunē mihi 10 m̄. quæ priori summæ addendo, colligo 352. m̄. quæ rursus per 60. diuisa, gra. 5. m̄. 52. æquinoctialis mihi exhibēt. Duco itaq; gra. 5. in 15. & produco miliaria Germanica cōmunia 75. Minuta quoq; 52'. biuidp per 4. & exeūt miliaria 13. quæ superioribus accumulādo, conflabo 88. eiusdē generis miliaria: distantiā uidelicet iā dudū q̄sitā. Cetera facilia sunt ex præcedētibus.

Alia per sinus est uia tutior nā per circulū magnū nō ꝑ parallelū metiri oportet distantiā, sed hæc ad præsens sufficiet, quia illa admodū est difficilis: de qua tamen Petrus Apianus & Orontius scripserunt.

DISTANTIAM duorum locorū longitudine & latitudine simul discrepantium arithmetica supputatione addiscere.

SI DVO quelibet loca longitudine & latitudine differentia, parū ab æquatore, puta 12. uel saltē citra 18. gra. deuiauerint, differētiā lōgitudinū, ut supra, īsup & latitudinū elice. Quibus habitis, utriusq; numerū quadratū ex tabula B, iuxta titulorū indicia sume, quibus in unā summā coaceruatis, totius aggregati ex eadem tabula modo conuerso scrutare radicē. Quam multiplicando per 15, aut 12, uel 60. Germanica miliaria cōmunia, Sueuica, uel Italica singulis horum ductuū numeris debita experieris. Quòd si duo quæuis loca longitudine & latitudine discrepantia, ampliori ab inuicem q̄ 18. gra. latitudine, puta 20. 30. 40. uel amplius distiterint, & ita longitudo septētrionalioris loci sit arctior meridiano, opus erit latitudīe quadā media, ambarū uide licet latitudi-

num simul iunctarũ medietate, quam hoc loco Latitudinem mediam uoco, cuius ope ex tabula. A. Minuta æquinoctialis, eo modo, quo in præcedenti cũ communi locorum amborũ latitudine operatus es, elicias ac differẽtiã longitudinũ modo supra dicto addiscendã, per eadem multiplicando, in gradus æquinoctialis cõuertas, ut ibidem didicisti. Horũ deinde graduum ex tabula. B. quadratũ numerũ inquire. Similiter & differentiæ lõgitudinum ex eadem elice numerũ quadratũ. Quorũ duorum quadratorũ inuicem collectorũ summæ quære radicem quadratã ex eadem tabula, iuxta doctrinã paulo ante traditam. Quam radicẽ per 15. 12. uel 60. ut supra dictũ est multiplica, & optato apprime potieris. Exẽplari calculo cautiorem te reddam. Sint duo loca. A. &. B. quarum. A. habeat longitudinẽ 20. gra. Latitudinem uerò gra. 55. B. uerò habeat longitudinẽ 10. gra. Latitudinem uerò gra. 43. Differentia longitudinũ est 10. gra. Latitudinũ uerò 12. Ambas igitur horum locorum latitudines simul iungo, & colligo gra. 98. quorũ medietas est gra. 49. Latitudo uidelicet media, quã quæro in prima uersus sinistram lineã tabulæ. A. sub titulo Gra. Lati. & è directo huius sub debitis titulis 39. m̃. æquinoctialis obuiantia extra scribo, secunda 22. ibidem concurrentia, ob eorum exiguitatẽ missa faciẽdo. Eadem minuta duco in 10. gra. differentiæ longitudinum, & producuntur m̃. 390. quæ partior in 60. & exeunt gra. 6. m̃. 30. æquinoctialis. Quorum numerum quadratum in tabula. B. inuenio. gra. 42. ferè. Similiter differentiæ latitudinum quadratum numerum ex eadem tabula elicio 144. Hos duos numeros quadratos simul iungam, & colligo 186. ferè. Cuius radicem quadratã inuenio gra. 13. quos duco in 15. & consequor 195. miliaria Germanica cõmunia. Vel eosdem in 12. duco, & elicio Sueuica miliaria 156. At miliaria postremũ Italica extorqueo 780, si sexagenario ductu rẽ prosecutus fuero. Hæc uera sunt, cum longitudinũ aut latitudinum gradibus nullæ fractiones adiacent. Verũ si minuta quæuis his adhæserint, opus erit his sequentibus cautelis. Cum in utraq; differentia habes æquales minutorũ summulas, puto utrinq; 20. 30. uel amplius, cuiuslibet earundẽ summularum quadratum numerum in tabula. B. quære, & amborũ numerorũ quadratorũ in unam summã collectorum, radicẽ quadratã econuerso in dicta tabula inuestiga, quam per 4. partire, & exibunt miliaria prioribus eiusdem generis addẽda, & habebis optatum prope uerum. Nec poteris ultra tertiam unius gradus partem errare. Et hoc tum, quãdo uidelicet gradus longitudinum 50. aut 55. minuta, uel quotlibet concomitãtur, & gradibus latitudinum nulla adhæreãt, uel econtra. Si tamẽ curiose magis q̃ utiliter singula quæq; minuta examussim explorare satagis, hoc pacto operare. Gradus differentiæ longitudinum in minuta resolue, minutaq; eisdem adhærentia producto illi adde, & aggregatum duc in se, & quadratum inde productum serua. Eodem modo cũ gradibus & minutis differentiæ latitudinum age, numerũ uidelicet quadratum inuestigando. Hos deinde duos quadratorum numeros inuicẽ iũge, & qd' inde cõflatũ fuerit, p 60. partire, & prodibũt minuta, quæ si rursus eodẽ sexagenario partitus fueris, emerget numerus graduum qui ex ductu differentiæ longitudinum in illam longitudinum producuntur. Cuius radix propositum rite absoluet.

Et quia nonnunq; numerus quadratus, uel summa, cuius radicem, uel econtra radix cuius quadratum numerum quærere iubemur, in tabula non est expressa, operæprecium duxi cautiunculam huic negocio congruam assignare. Cum igitur radicem quæsiturus, numerũ tuum propositum in tabula minime reperis, proximi minoris ibidem adparentis radicem cape, differentiãq; lateralẽ duorũ numerorum, quorum unus à numero tuo proposito exceditur, alter uerò eundem excedit, extra scribe, & serua. Deinde subtrahe numerũ tuum à proximo maiori, & residuum confer ad differentiã lateralẽ supra seruatam, & secũdum proportionem huius ab illam adde minuta radici inuentæ, & habebis radicem optatam. Sit exempli causa propositus mihi numerus, cuius radicem quadratam inuestigare iubeor 1333. quem cũ in tabula minime apparere animaduerto, accipio 36. radicem proxime minoris numeri ibidem apparentis, scilicet 1296. cuius & proxime maioris differentiam lateralem 73. extra scribendo seruo, atq; deinde numerum meum propositũ à proximo maiori demo, & residuum 36. uidelicet ad differentiam lateralem supra seruatam confero. qui cum duplus fere ad illã existit, medietatem igitur gradus integri 30. scilicet minuta, radici prius nactæ adijcio, & colligo gradus 36. minu. 30. quod fuit propositum.

Quod si demum tabulam hanc ampliare libuerit, ubi res postulat, id facile efficies, si binarium numerũ ultimæ laterali differentiæ semper accumulas, & erit differentia lateralis immediate sequens quæ si numero quadrato immediate præcedenti addicitur numerũ iure proxime sequentem locum obtenturum conflabis, & sic ad libitium ultra uel ad infinitum usq; procedere licebit.

Tabula conuersionum graduum

extra Æquinoctialem in gradus Æquinoctialis.

Gradus lati.	Miñ. æquat.	Secunda.	A	Gradus lati.	Miñ. æquat.	Secunda.	
1	59	59		46	41	41	
2	59	58		6 47	40	56	
3	59	55		48	40	9	Paral.15.
4	59	51	Parallel.1.	49	39	22	min.30.
5	59	46	min.15.	50	38	34	
6	59	40		51	37	46	Para.16.
7	59	34		52	36	56	min.30.
8	59	25	Paralle. 2.	53	36	7	
9	59	16	min.15.	54	35	16	Para.17.
10	59	5		55	34	25	
11	58	54		56	33	33	Pata.18.
12	58	41	Paral.3.	57	32	41	
13	58	28	min.30.	58	31	48	Para.19.
14	58	13		59	30	54	
15	57	57		60	30	0	
16	57	41	Para.4.	61	29	5	Para.20.
17	57	23	min.25.	62	28	10	
18	57	4		63	27	15	Para.21.
19	56	44		64	26	19	
20	56	23	Para.5.	65	25	21	
21	56	1	min.15.	6	24	24	
22	55	38		67	23	27	
23	55	14	Para.6.	68	22	29	
24	54	49	min.50.	69	21	30	
25	54	23		70	20	31	
26	53	56		71	19	33	
27	53	30	Para.7.	72	18	32	
28	52	59	min.40.	73	17	33	
29	52	29		74	16	32	
30	52	58	Paral.8.	75	15	32	
31	51	26	min.20.	76	14	31	
32	50	53		77	13	30	
33	50	19	Para.9.	78	12	28	
34	49	45	min.20.	79	11	27	
35	49	9		80	10	25	
36	48	32	Para.10.	81	9	23	
37	47	55		82	8	21	
38	47	17	Para.11.	83	7	19	
39	46	39	min.35.	84	6	16	
40	45	58	Para.12	85	5	17	
41	45	17	min.55.	86	4	11	
42	44	35		87	3	8	
43	43	53	Para.13.	88	2	6	
44	43	10	min.5.	89	1	3	
45	42	25	Para.14	90	0	0	

B

Tabula ad euitandum labores

Extractionis radicum quadratarum.

Radix.	Numerus quadratus	differẽ.	Radix.	Numerus quadratus	differẽ.	Radix.	Numerus quadratus	differẽ.
2	4	5	35	1225	71	68	4624	137
3	9	7	36	1296	73	69	4761	139
4	16	9	37	1369	75	70	4900	141
5	25	11	38	1444	77	71	5041	143
6	36	13	39	1521	79	72	5184	145
7	49	15	40	1600	81	73	5329	147
8	64	17	41	1681	83	74	5476	149
9	81	19	42	1764	85	75	5625	151
10	100	21	43	1849	87	76	5776	153
11	121	23	44	1936	89	77	5929	155
12	144	25	45	2025	91	78	6084	157
13	169	27	46	2116	93	79	6241	159
14	196	29	47	2209	95	80	6400	161
15	225	31	48	2304	97	81	6561	163
16	256	33	49	2401	99	82	6724	165
17	289	35	50	2500	101	83	6889	167
18	324	37	51	2601	103	84	7056	169
19	361	39	52	2704	105	85	7225	171
20	400	41	53	2809	107	86	7396	173
21	441	43	54	2916	109	87	7569	175
22	484	45	55	3025	111	88	7744	177
23	529	47	56	3136	113	89	7921	179
24	576	49	57	3249	115	90	8100	181
25	625	51	58	3364	117	91	8281	183
26	676	53	59	3481	119	92	8464	185
27	729	55	60	3600	121	93	8649	187
28	784	57	61	3721	123	94	8836	189
29	841	59	62	3844	125	95	9025	191
30	900	61	63	3969	127	96	9216	193
31	961	63	64	4906	129	97	9409	195
32	1024	65	65	4225	131	98	9604	197
33	1089	67	66	4356	133	99	9801	199
34	1156	69	67	4489	135	100	10000	201

Excudebat
Gaſpar Trechſel
Viennæ
M. D. X L I.